Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113432-p0001-8

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ib. II.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113432-p0002-4

128

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113432-p0003-0

9 H

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113432-p0004-5

# Compendium
# IVRIS FEV-
# DALIS:

Olim per

IOHANN. GEMMELIVM
I.C. ET PRACTICUM CE-
LEBERRIMUM:

Singulari induſtriâ, & ex ipſa
rerum experientia,
collectum:

*Nunc verò,*

*In gratiam Theoricæ & Practicæ juris
Feudalis ſtudioſorum, in lucem editum.*




AMBERGÆ,
Typis Forſterianis.

M. D. XCVIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113432-p0005-1

KOEN.PR.FR.
UNIVERS.
ZV HALLE.

CLARISS ET PRÆSTANTISS. VIRO:
# D. THEOPHILO RICHIO:
ELECTOR. PALAT. CONSILIARIO:
ET RATIONUM REDITUUMQUE
in Bavaria præfecto:
Dn. ſuo colendo.

*NON dubitavi vir Clariſſime, inter tot iuris feudalis commentarios, qui extant, hoc eiuſdem materiæ compendium, quod diu delituit, in lucem producere, & ex privato publicum facere. Sive enim materia ipſa ſpectetur, rectè autor noſter in proœmio iudicavit, eam talem eſſe, quæ non plebeis pullatæq; turbæ, ſed Magnatibus, Principibus aliisq; ſtatibus Imperii legem præſcribat, cuiusq; cognitio neceſſaria ſit omnibus, quibus Rerumpublicarum commodis adeſſe conſilium eſt. Si ratio, qua autor in illuſtrando hoc iure uſus eſt, obſervetur, cumq; aliorum interpretationibus exactius conferatur, permulta, quæ ab aliis neglecta, hic obſervata reperientur.*

*Cum namq; ex Iuſtiniani præſcripto iura ſimplici primùm & compendioſa via, poſtea verò diligentiore exactioreq; interpretatione ſint tradenda: factum, ut qui feudalem materiam ſimpliciore illa ratione pertractare voluerunt, ab eádem nimium deflectentes, ſtudioſos diſcentium animos in perplexas difficilimasq; controverſias feudales improvidè introduxerint. Alii dum brevitati nimium conſulere tentarunt, non inconcinné de ſe ſcriptum animadverterunt,*

Dum brevis eſſe laboro,
Obſcurus fio.

*Autor quidem noſter nullo alio fine compendium hoc feudale cõſcripſit, quàm ut progymnaſmatum fori inſtar, & ceu diario, ut ipſe loquitur, quilibet eo uti poſſet: interea tamen nihil eorũ, quæ ad ſolidam huius materiæ cognitionẽ requiruntur, omiſit. Præter generaliora namq; illa & notiora iuris feudalis principia, præci-*

puarum quæſtionũ feudalium capita, non ut permulti ſimplicioris illius via, quam ſecuturos ſe pollicebantur, obliti, longioribus involutisq; diſputationibus, multarumq; autoritatum allegationibus: ſed vivis atq; ex ipſa re deſumtis rationibus & argumentis breviter non minus & compendioſè, quàm nervoſè proponit & abſoluit: et ne quid omninò perfectiſſimo huic operi deſit, multis ex patria conſuetudine adductis præiudiciis ſuo loco confirmat atq; illuſtrat. Nec mirum autorem hunc in tàm illuſtri materia enucleanda ita excelluiſſe, cuius eo, quo vixit, tempore tanta apud omnes Imperii proceres autoritas fuit, ut nullus ferè ordo fidem ipſius ſingularemq; in graviſſimis negotiis dexteritatem non perſpexerit expertusq; fuerit. Teſtes inter multos alios locupletiſſimi, optimæ recordationis Princeps Fridericus II. Elector Palatinus, cui à conſiliis fuit; Landgravii item Illuſtriſſimi Haſſiæ, Philippus et VVilhelmus, ut etiam Illuſtriſſimus Hennenbergiacus Princeps, qui eundem cælibem adhuc ad primam Cancellariatus dignitatem promovit, in qua conſtitutus, quantum apparet, etiam inter graviſſima negotia aureum hunc libellum conſcripſit. Deniq; præ multis aliis civitatibus Auguſta, Vlma, inprimis verò Noriberga, difficilimo patriæq; funeſtiſſimo bello agitata, fide digniſſimi teſtes eius rei eſſe poterũt. Adeò ut nihil deſit, quod non & ipſum autorẽ, et libellum hunc, qui ab eodem omni ex parte abſolutiſſimo abſolutiſſimus prodiit, ſummoperè cõmendare queat.

Eundem verò cur tibi, vir clariſſime, inſcribere voluerim, variæ me quidem cauſſæ impulerunt, inprimis autem quod non in omni tantum doctrinarum genere ſis ipſe eruditiſſimus: ſed & quod compendium hoc à SOCERO tuo, piæ memoriæ, profectum, iure tibi quaſi hæreditario debeatur: unde minimè dubitavi, tantò etiam magis id tibi gratum fore, tãquam ex quo SOCERI tui, viri longè præſtantiſſimi, viva quaſi imago reluceret: id itaque ut ſerenâ fronte excipias, & à malevolorum invidia et morſibus pro viribus tuearis, etiam atq; etiam rogo. Data Ambergæ 24. Martii, Anno 1598.

T. E.

Studioſiſſ.

Michael Forſter, Typographus.

IN COM-

# IN COMPENDIUM RERVM FEVDALIVM:

PER

DN. IOHAN. GEMMELIUM

J. C.

*Collectum:*

## PROOEMIVM.

CUm nemo ſit rerum civilium experientia inſtruct⁹, qui neſciat, materiam Feudi eſſe & frequentem, ſubtilem & quottidianam, potiſsimè ii, qui in Principum aulis & curiis, doctrina tamen excellētes, per aliquot tempora in omni genere Feudali exercitati, ſpecies in actum & praxim deduxerint, teſtante *Imper. Juſtin. in Cod. Inſtit. confirm. verſ. merito igitur*, ut quæ non plebeis pullatæq; turbæ, ſed Magnatib⁹, Principibus & aliis ſtatibus Imperii legem præſcribat: Ideò conſuetudines Feudales ſcripto Juri civili incognitæ, authoritate tamen & tempore, cujus initii memoria in cōtrarium non extat, à majoribus noſtris receptæ, probabiles & neceſſariæ ab omnibus, quib⁹ Rerumpublicarum commodis adeſſe cōſilium eſt, perinde oraculū quoddam venerandæ adeoq; memorię & judicio commendandæ, ut vel peritioribus & examinandæ & exercendæ relinquantur:

vel nusquam absque judicio & rerum experientia facto temerè, & cum partis periculo ꝑter regulam æquam & conformem accommodentur, ut paſſim à quibuſdam diplomariis, temerariisq; locutuleis, qui partim Principum indultis, partim, imperfectione ſancti Juris titulos jactitant, ſupercilia ſuſtollunt, vultu intumeſcunt, humeros ventillant, & cum de rebus arduis diſceptandum eſt, ad prima verba ſyllabarii vel balbi fringillant, vel attoniti obmuteſcunt, umbratica pro veris, ſuppoſititia ꝓ nativis, ſupervacanea moleſtia repetũt, & ſubventanea garrulitate confragoſis anfractibus & inculcant & miſeros clientes circumducunt, fieri impudenter videtur. In hoc tamen manum quantum poſſumus admoliemur, ut conſuetudines ſcriptæ, diſtinctionis fœdere, Juſtiniani conſilio *in proœm. Inſtit. § igitur & l. 1. ff. de. do.* in ordinem quantum textus & gloſſæ, cum authoritatibus Doctor. abſq; tamen gloſſematum latifundiis & ſuperfluis conglomerationibus ferre poſſunt, in Compendium ad inſtar fori progymnaſmatum, quod à quovis facile circumferri, & eo ceu Diario q̃libet uti queat, cum aſſignatione cõſuetudinum quarundam particularium digerantur.

Et ut à capite noſtra ratio edatur, *l. argentarius § edi. ff. de edend.* ab authoribus conſuetudinum Feudalium exordiemur, qui fuerunt *Obertus de Horto Jureconſult. in curia Mediolanenſi laudatiſſimè verſatus, & Gerardus Cagapiſti*, qui ex invicta Doctorum

rum authoritate, licet fuerint ſimplices Doctores, & eorum dicta ſaltem probabilia: tamen cum per tempus ultramemoriale ſint allegata & pro jure recepta, perinde ac *Lotharii & Federici Conſtitutiones*, ſic iſtæ probabiles & neceſſariæ vim legalem obtinentes per Doct. poſt magnum conflictũ fermè omnes, quos ſequitur *Jaſon. in Proœm.* ſunt receptæ: ut quæ non ſolùm in foro ſeculari, ſed etiam Eccleſiaſtico p *Doct. mod. poſt Bald. & Card. in c. cæterum ext. de Jud.* authoritatem legalem (qua & ipſos Principes ligari conſtat) habeant: iis tamen per aliam conſuetudinem derogari poſſe, teſtatur *Phil. Dec. pulchrè in Conſ. 586. part. 4. & ibi omnes Doctor. maximè Bald. & Præpoſ. in proœm. feud. 21.*

Cum autem nomen Feudi, tanquam quoddam universale, cõpræhendat ſub ſe multa particularia & diverſas qualitates: neceſſarium erit pro expeditione perfecti operis, & contractum Emphyteuticũ ejusq; naturam, cum operis vaſallorũ & ſubditorum annectere, tanquam materiam compatibilem & cõformem, & ideò conſtituim⁹ hoc Compendium, tanquam itineris comitem & diarium in tredecim partes partiri.

*Prima tractabit de origine, nomine & definitione Feudi.*
2. *Diviſionem.*
3. *Qualitates differentes Feudi.*
4. *Quæ res poßint dari in Feudum.*

5. *Perſonas complectitur, quæ feudum dare & accipere poſſunt.*
6. *De Feudi conſtitutione, & quid Iuris vaſallus ex iis conſequatur.*
7. *De obligatione reciproca domini & vaſalli.*
8. *De Feudi ſucceſsionibus.*
9. *Feudi alienationem.*
10. *Amiſsionem.*
11. *Controverſias Feudales.*
12. *Feuda degenerantia.*
13. *Iura Emphiteutica & ſimilia complectetur.*

# PARS PRIMA.

## DE ORIGINE ET DEFINITIONE FEUDI.

ET non eſt ambiguum antiquitus varias infeudandi fuiſſe conſuetudines. Receptius tamen eſt, Feuda duplicem habere originem, ut à plerisq; in locis exquiſitè traditum eſt. Aut enim res libera & allodialis à ſubditis potentiorum ditionib[9] ſubmittebatur, retento dominio utili: aut à dominis rerum, humilioribus bona allodialia in feudum ex gratia, reſervato dominio directo, cõcedebantur: cujus intuitu feudum beneficium à textibus feudalibus nuncupatur, ut quod ex ſola domini concedentis

dentis gratia in vaſallũ redundavit. Itaq; primi ob defenſionẽ dabant res ſuas in deditionẽ dominorũ; alii à dominis beneficia ob officia & ſervitutes recipiebãt: q̃ & hodie obſervãtur. Primum duxiſſe originem à Jure Romano receptius eſt: quanquam Doct. contrariũ ſentiant, quos citat *Præpoſ. in pœm. feud. n. 64.* Hi tamen, ut hiſtoriã & vetuſtatis ignari, non curandi ſunt, eorumque opinionem ad ſequentem originem, quo domini incipiebant ſua beneficia concedere, reſtringendam eſſe arbitror. Cum enim Romulus videret, *teſte Dione Halicarn. lib. 2. Gellio & aliis*; humiles & ſubmiſſioris fortunæ homines circũ circa à potentioribus ſupprimi, vexari & multifariis injuriis affici; & viciſſim invidia egenorũ in potẽtes diſcordiam concitaret; plebeis permiſit, quem ſibi ex Patriciis in patronum eligere, ſeque cum ſuis in ejus defenſionem ſubmittere; quo facto bona eorum libera aliqua ſervilis conditionis umbra adficerentur: qui poſtea Clientes dicti ſunt, utpote qui eſſent ſub defenſione & patrocinio Patriciorum: in quorum locum hodie domini feudorum, concedente Imperatore, ſucceſſêre. Videmus enim quottidiè uſu venire, quoſdam ob defenſionem tutiorem bona ſua allodialia Principibus, Nobilibus & aliis in feudũ ſubmittere; Et perinde ut olim, ſic hodie in curiis reciprocæ inter utroſq; uſurpantur obligationes; hi ad officia; illi ad defenſiones & beneficia obſtricti. Et ita, olim concedente Romulo, hodie Impera-

tore conſentiente, hujusmodi ſubmiſſiones & infeudationes fiunt; Alterum verò ex beneficio & gratia dominorũ promanavit, q̃ quidem gratia nõ merè gratis, ſed ob cauſam, utpote intuitu ſervitiorum elargiebatur; utq; dici poſſet commoditatem bonorũ ultra ſervitutum expẽſas & onera reſiduã, ex gratia; reliquam verò partem, ob cauſſam, tanquam locato perpetuo in vaſallos redundaſſe. Igitur feudum non dicitur mero amore, beneficio vel gratia collatum, cum coarctet vaſallum naturaliter & civiliter, & non ad ſola antidora, aut certa fidelitatis capitula: Neq; locatio, cum utilitas hujusmodi conceſſionum non ſolùm excedat recompenſationem onerum & ſervitutum: verùm ꝗ dominus benevolè utilitatem dominii ſui à ſe abdicet, in aliumq; in perpetuum transferat; & eo dici feudum ex amore domini conſtitui, cum dominus ex translatione dominii utilis majus incom̃odum & rei ſuæ allodialis præjudicium ſentiat, quàm vaſallus ex obligationibus ſervilibus gravetur, cæteris paribus. Tempore itaque quo Romani victricia ſigna ubique terrarum circumtuliſſent, aliqui in Provinciis remanentes fortè præſidio relicti vel agrorum ubertate capti in iisdem locis conſiderũt, parsq; ex urbe Romana huc demigrarunt, qui nemore Romano, carerent clientulis, veriſimile eſt, incolas terræ in ſuum patrocinium invitaſſe, ſuosque fundos in beneficium distribuiſſe, ut clientes ob hujusmodi beneficium, illis in officia & ſervi-

tutes

tutes obligarētur. Et ita procul dubio tractu temporis quod omnia variat, clientum nomine commutato Feudum à fœdere & fidelitate, (ut quod viciſſim mutua obligatione nectebantur, patroni & clientes) receptum eſſe. Quæ pacta vel feudalia vel curialia pro difficultate temporum mirificè variant, & ex dominorum favore deſcripta ex aſſe & arctè ſervantur; ex parte autem clientulorum, vaſallorum & ſubditorum claudicant: ut etiam locus conquerendi miſeris hominibus vix pateat: taceo de difficultate impetrandorum & elargiendorum auxiliorum ſuperioris, quibus tamen oppreſſis ſuccurrere æquum ſit. Neq; dubium eſt ab hujusmodi patronorum & clientulorum inſtitutis, operas, obſequia, officia & reliquam ſervitutis ſpeciem promanaſſe libertorum & aliorum ſervilis conditionis hominum, de quibus copioſa in jure noſtro mentio fit; Provocabantur etiam aliqui laudis & honoris ſtimulo clientulos beneficiis comparare, ſiquidem magna laudis acceſſio erat, quàm plurimos quemq; apud Romanos habere clientes q̃bus cujusvis potētia innoteſceret, *teſte Gellio lib. 5.* Cujus exemplum eſt in Appio Claudio, q̃ Romam à Sabinis quinq; millibus clientum migraſſe à Valerio Max. traditur. Hinc arbitratur *D. Zaſius* noſtri temporis *Scevola* & inter paucos Juriſperitos numerandus, *in lib. 2. verſ. Curias ff. de orig. Jur.* Dominicalium curiarum & feudorum jura veluti impreſſis veſtigiis ſimulachra duxiſſe. Cui

pro teſtimonio accedit beneficia noſtro jure ab Imperatorib⁹, Regibus, Capitaneis regni valvaſoribus eo intuitu & obſervatione conceſſa in feudũ, ut idoniores locupletioresque viciſſim ad officia exercitus & defenſionem Imperii obligati dominos ſequerentur. Quæ ex eo fortius liquere poſſunt, cum hi quibus beneficia in feudum concederentur paulatim inceperant hujusmodi beneficia diſtrahere, ſeq; ipſos beneficiis exuere, quo dominorum ſervitia ſubterfugiebant, impotentesq; ad ſequelam debitam efficerentur. Ne verò totum Imperium in expeditionibus & aliis neceſſitatibus ob inopiam vaſallorum & defectum eorum (ut q; maximè cogerentur in rebus bellicis dominis ſua officia præſtare) denudaretur, principaliter *Imper. Lotharius.* tandem *Federicus Imperat.* arctiori vinculo hujusmodi alienationes præcaverunt, de quibus loquuntur, *Tit. c. 1. de prohib. feud. al. per. Loth. c. 1. de prohib. feud. al. per Feder.* Sed quia neminem lateat conſuetudine & moribus ſecundum diverſas curias multa eſſe in vaſallis innovata, indiesque nova pacta & conditiones oriri, nihil firmi de antiquis ad noſtra tempora arguendum eſſe arbitror.

## DEFINITIO.

QVÆ ut cum ſuo definito convertantur, *per l. 2. ff. de. dolo.* præmittimus alia eſſe feudi ſubſtãtialia, ut in contractu emptionis precium: alia naturalia, ut clauſula evictionis in eodem contractu,

*in gl. in l. pacta ff. de contr. empt.* alia accidentalia, &c, *Alvarot. § eſt & alia. tit. quæ fuer. prim. cauſa benefic. amit.* Subſtantialia, ut dominium directum apud concedentem remaneat & juramentum fidelitatis præſtetur. Naturalia, ut vaſallus ſerviat, & quod ſoli maſculi ſuccedant, ſitq; gratuitum, aliaque in conſuetudinibus feudalibus, quę ad recti feudi naturam ſpectant.

Accidentalia, quæ extrinſecus per pacta adponuntur, ut in Germania noſtra ſępe contingit, cum cavetur, ne feudum ad dominum ſed collaterales revertatur, licet novum ſit, & quod ad nullum obſequiũ obſtringatur. Ex quibus collegit *Pet. Rebuff. in ſuo tract. feud. quem ſequitur Zaſ. in 1. part. ſui tract.* definitionem feudi recti ad differentiã feudi degenerantis talem; & p̃mittitur feudatariũ ad ſex ſpecies obligatum eſſe, quæ nunquã è memoria excidant 1. incolumem, tutum, honeſtũ, utile, facile, poſſibile, quorũ quamlibet tex. ſeipſum declarando proſequitur, *de for. fidel. & Anchor. Conſil. 439.*

Feudum eſt benevola & libera rei immobilis vel æquipollentis conceſſio, cum utilis dominii translatione retenta ꝓprietate, ſub fidelitate & exhibitione ſervitiorum honeſtorum: quæ definitio ratione ſubſtantialium & naturalium convertitur cum recto feudo, ſecus cum degenerante, quod eſt feudum emtum, *1. part. 12.* Et ideò non ſequitur, illa res feudalis eſt emta, Ergo non eſt feudum, cum debeat eſſe feudum gratuitum, ſed manet feu-

dum in ſui ſubſtantia, ſcilicet ob retentionem proprietatis & fidelitatis præſtationem, ut olim magnus Doctor improvidè nitebatur, qui nolebat omnem vim ex definitione vulgari recti feudi haurire, parùm animadvertens *Obert. et alios Doct. in c. 1. in fin. per quos fiat inveſt. et in c. 1. § beneficiū quibus cauſ. feud. amitt.* feudum rectū ſaltem definiſſe, nō ſequitur enim, vaſallus non præſtat ſervitium, Ergo non habet feudum. Aut feudum guardiæ nō habet naturam feudi, quod non ſit ꝑpetuum, & ad hæredes transitoriū, Ergò non eſt feudum: ſic de aliis feudis à natura ſaltem feudi degenerantib⁹ dicendum eſt, quibus remanet ſubſtantia, à qua tanquam digniori denominantur, *per gl. in § Sed iſtæ. Inſtit. de Action. Jaſon. in l. 1. ff. de acquir. poſſ.* & ubi duæ concurrunt cauſę in una re, potentior proponēda eſt, *ut loco alleg. per Jaſon.* Et ideò in hoc potiſsimè advertendum eſt, an ſubſtantia, quæ vita eſt cōtractus, remaneat, licet naturalia deficiant; In feudo emto ſubſtantialia remanent, & ſola natura feudi invertitur, & cum minus potens majus, & ſic natura non poſsit ſubvertere ſubſtantiam, *arg. l. quæritur ff. de ſtat. hom.* Sed tanquam fortius & dignius naturā feudi ad ſe trahat, *ꝑ gl. c. quod in dub. Ext. de conſec. Eccl. Ergo. etc.* Et quod feudum in pecunia conſtituatur, ꝓbatur *per text. cod. tit. qui feud. dar. poſſ. § notandū. in fin. Item per gl. & Alvarot. c. 1. de benef. fra. cum multis aliis cōcord.* Cum ergò pecunia contra ſolam naturā feudi, ut quod debeat eſſe gratuitum, ſtringat, incor-

rupta

rupta manente ſubſtantia, haud ambigui juris eſt, hoc feudum ut alia degenerantia feuda ad dominum reverti, & feudum eſſe ob pecuniam nō ceſſare, &c. Ut ſingulariter docebimus & definiemus feuda degenerātia in 12. parte. Quidam etiam alludunt ad vocabulum feudi dupliciter, alii à fœdere ꝓpter ſuam conjunctionem originem & Patritiorum patronorū & clientelæ, de q̄bus ſupra de origine: alii à fide ſumtū. Et licet argumenta ab alluſis ad alluſionem & è cōverſo negativè & adfirmativè ſumta nihil arguant, cum alluſa nō ſint reſolutiva: vocabulorum tamen poſteriorum alluſio pro ſubſtantia recepta eſt *per Doct. Jacob. Alvarot. in proœm. feud. verſ. quæritur, quod appellatur feudum. Bald. in prælud. feud. verſ. 2. quæro. & Abb. in conſ. 82. quanquam in his dubiis. lib. 1.* quę doctrina in hoc multum ſtringit: Nam ubi fides, id eſt, juramentum fidelitatis in feudo non eſt, tunc potius dicitur contractus ſtricti juris quàm feudum, *arg. eorum, quæ traduntur in titul. per quos fiat inveſtit.* Et quandoquidem feudum inter contractum bonæ fidei, & ſtricti Juris; medium quoddam teneat, nō bonę fidei, quia inter iſtos non connumeratur, *Inſtitut. de action. § actionem non ſtricti juris* quia ejus ſubſtantia, id eſt, fides exuberanter eſt requirenda, eò quod ex beneficio originem ſumſerit, & latiſſimè interpretandum, *arg. l. fin. ff. de Conſtit. ut patet ex ſeqq. per. Jac. de Belu. de his qui feud. dare poſſ. & Præpoſ. in c. de feud. cogn. & Alvar. ibi qui tenet contrar.* Ex his tamen ſequens diſtinctio colligitur: aut feudum

eſt cõceſſum à Romano Principe, & eſt contractus bonæ fidei, aut à privatis nominatus, per manus enim traditur contractus à conſuetudine, vel Jure ſpecivoco nomine vel forma introductos nominatos cenſeri *per Bart. in l. juris gent. § quinimo. ff. de Pact. Bald. in c. quæ in Eccleſ. de Conſtitut. verſ. ſiquis verò*, exceptis feudis degenerantibus & non rectis, in quibus iſta non procedunt, cum ob defectum naturalium vera feuda non dicantur.

# PARS SECVNDA.

## DE DISTINCTIONE FEUDI.

IN hoc imitabimur Cay fideliſsimi Legum interpretis conſilium *in lib. 1. ff. de Orig. Jur.* & moder-[illegible]rum brevitate gaudentium, qui etiam ſyllabam unam ſuperfluam effugiunt, authoritate *lib. 1. ff. quod met. cauſ. & l. fin. Cod. de precib. Imp. offer.* & ſaltem quatuor genera cum ſuis gradibus & ſpeciebus novem diviſiones ſub ſe comprehendentibus recenſebimus. Primum complectitur duas ſpecies ſubalternas graduum: prima ſpecies regales, ſecũda non regales, & ſic feuda regalia regalem dignitatem habentia, ut ſunt ſtatus Imperii ab Imperatore cum dignitate infeudati, Marchionatus, Ducatus, Comitatus, &c. Secundum non regalia, id eſt,

eſt, non habentes dignitatem annexam, ut quæ conceduntur à Rege vel Imperatore absq; regalibus, comprehenditq;, quę ſecundum *Jacob de Belviſ.* nobilia dicuntur. Quod genus tres ſpecies comprehendit: prima eſt feudi non regalis, de qua ſupra. Secunda continet gradum ſecundum, ut qui à ſtatibus, id eſt, Capitaneis Imperii feudum recipiunt. Tertia datur ab his, qui recipiunt à vaſallis Imperii, in quo accipientes nullam nobilitatem acquirunt, *C. de his qui feud. dar. poſſ. & in tit. quis ſit Dux, March. c. 1.* Eſt autem nobile, quod poſſeſſorem ſuum nobilitat, vel eum, qui erat prius, nobilem oſtendit. *Bald. in c. inter dilectos de fid. inſtr.* & ideò feudales qualitates gradus aliquot conſtituunt.

I.

Primum occupant Capitanei, id eſt, Duces, Comites & alii ſtatus Imperii.

II.

Scundum eorum vaſalli qui minus nobiles ſunt in duplici conſideratione, aut habent ſub ſe alios Nobiles, aut non: primi ſunt nobiliores & majoris notæ: ſecundi, ſimiliter nobiles.

III.

Tertium, minimi valvaſini, vel etiam plebei, pagani & privatæ perſonæ, qui à valvaſoribus ſtatuum, & iis in ſecundo gradu conſiſtentium feuda recognoſcunt, ut latius tractabitur, *infra in 5. part.* *quod feudum Alvarotus in 2. diviſione Burgenſe nomi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113432-p0021-9

*nat*. Tertium genus dividitur in duas ſpecies vel qualitates, id eſt, feudi recti, & impropriam naturam habentis; eſt enim natura ꝓpria feudi à principio huic cognata, ex qua virtus contractus proficiſcitur, & ſemper ineſſe regulariter videtur, niſi per pacta improprietur.

Natura feudi recti dicitur quando eſt ſimplex, purum & rectum, id eſt, non qualificatum ad certum ſervitium, ad hæredes maſculos transitorium, & æquali fide infeudari poſsit, ita quod eo vaſallus ſine culpa privari non poſsit, *in tit. de nat. feudi. Alvar. hîc in 12. diviſione.* Feudum autem improprium tractabitur *infr. in 12. parte.*

IIII.

Feudum Reale & Perſonale comprehẽdit quartum genus: eſt enim primum perpetuum & transitorium ad hæredes, ſiquidem unusquisq; ſibi ſuisq; hæredibus proſpexiſſe præſumitur. *l. ſi pactum ff. de probat. & in tit. de duob. fratr. de benefic. inveſt.* Secundum autem dupliciter conſideratur, aut ex una parte, id eſt, concedentis hæreditarium, ut eſt annua penſio ob paupertatem alicui cõceſſa, quod in ſucceſſorem non transit, *ut in c. feuda habitation. in cap. ext. ord.*

V.

Quinta diviſio comprehendit Eccleſiaſticum & ſeculare: primum habet triplicem reſpectum, aut ab Eccleſia datur, vel ab ea recipitur; Tertio quod datur & conceditur à clerico, *ut infr. in ſuo loco.* Seculare quod datur, à ſecularibus & recipitur.

Sexta

VI.

Sexta diviſio; aut feudum eſt maſculinũ & tunc fœmina non ſuccedit, *de ſucceſſ. feud. § filia.* aut fœmina expreſſa eſt, tunc fœmininum dicitur, *ut infr. latius explicabitur.*

VII.

Septima diviſio, aut feudum eſt antiquum, ut puta ab aliquo ex anteceſſoribus ultra quartum gradum acquiſitum, qui fuit caput cõmunis agnationis, *de nat. ſucceſ. feud. circ. pr. § is verò, de grad. ſuc. in feud.* Germanicè, ein alt Stamlehen; aut paternum, id eſt, ab anteceſſoribus usque ad quartum gradum, nempe avo, proavo, abavo, atavo, ein alt vätterlich Stamlehen, ita in curiis Germanorum Principum uſurpatur, conſecutum. *Bald. in § hoc quoq; de ſucceſſ. feud. & vidend. eſt omninò Petr. Rebuff.* quem allegat *Zaſius in ſuo tractat. 2. parte. & Jaſon in tertia diviſione verb. adde etiam, quem formaliter per omnia ſequitur Zaſius:* aut eſt novum, id eſt, quod habet originẽ ex perſona inveſtiti, ein Newlehen, *c. 1. quod teſt. ſint neceſſ.* ad quam diſtinctionem accedit feudum maternum, quod obtinet locum feudi paterni vel antiqui, ſecundum radicem inveſtituræ; Cæterum de diviſione vel individuitate feudorum; aut ſunt corporalia, vel incorporalia, cum ſolæ qualitates ſunt accidentales, ita in feudo Caſtaldiæ, & feudo Ligio, vel nõ hominem vaſallum, & ſic qualitatẽ accidentalem, ſubſtantiam nõ ſubvertentem, reſpicientia.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113432-p0023-0

VIII.

Octava diviſio, aut feudum eſt Ligium, nempe ubi vaſallus contra totum mundum eſt, domino nullum ſuperiorem recognoſcente, obligatus, ut pcedere videtur in feudis ab Imperatore receptis, *Jaſon. in tractat. feud. in 7. diviſion.* aut non Ligium, quando quis tacitè vel expreſſè excipitur: ut facio tibi fidelitatem excepto domino meo Ligio, id eſt, cui prius obſtrictus ſum, *ibi plenè per eum*: Et de iſtis feudis eadem natura eſt. Sic de aliis, cæteris paribus, quia eadem debet eſſe natura, ſicuti idem jus eſt de navi, quod de navicula, *l. ſcaphani ff. de evict. l. fi. ff. de fund. inſtr.*

IX.

Nona Diviſio. Quoddam enim eſt feudũ francum & liberum: quoddam non. Quæ duæ diviſiones, licet inter prædicta genera diviſionum, tanquam qualitates accidentales, vel comprehendantur, vel nullam diverſitatem ſubſtantialem arguãt, tamen pro declaratione adponere eas non incongruum erit, maximè pro cõſuetudine patriæ. Feudum non francum eſt, de quo tota collatio feudorum p totum loquitur. *Jaſ. in 8. diviſ. ſup. uſib. feud.* Feudum autem francum, ein Freylehen: ut ſunt curiæ Nobilium in Francia Orientali, freye Ritterlehen vnd Höf: Pro vera determinatione diſtĩguendum puto: Aut vaſallus in juramento fidelitatis eſt ad aliquot certa capitula conjuratus: Aut ad nulla, vel nullam fidelitatem prȩſtitit: in prima, præter

præter expreſſa, ad nulla alia ſervitia & debita domino tenetur: in ſecundis duobus punctis intelligitur omni libertate liber, omniq; ſervitute abſolutus, adeò quod nullum onus poſſit imponi vaſallo, quod in datione feudi non ſit expreſſum, *per l. ſi quis duos & ibi not in pr. & l. tradendis ff. Comm. pd. l. quicquid ff. de verb. oblig.* Vocabulum enim francum dicitur quaſi ſui juris, *Bald. in c. 1. de Cap. Cor. in fin.* cui etiam conſuetudo patriæ ſubſcribit. Vaſallus etiam irrequiſito domino alienare licitè poteſt, ſalvo jure dominii. idem *in l. 1. ſi à non comp. jud. ſit app.* Et ideò licet ab omnibus operib' obſequialibus exhibendis liber ſit, tamen à denunciatione maleficiorum, & quæ ſunt in fraudem domini inſtructa non liberatur: iſta omnia tenet *Bald. in proœm. feud. item in l. 1. C. ſi à non comp. jud. & in § donare qualiter olim feud. alien. pot. quæ ſequuntur Dd. quos recitat Jaſ. poſt magnum conflictum in dict. 8. diviſ.* Et eſt materia pro Conſuetudine patriæ retinenda multum utilis. Iſta enim locutio Frey, facit vaſallum ab omni ſervitio abſolutum, *c. ſignficavit. de teſtament.* non tamen ſequitur, hoc feudum eſt nobile Ergo liberum, *ut ibi per eosd.* Inſurgit tamen difficilis quæſtio, ex ſupradictis pro intentione nobilium intendentium omnia feuda eſſe libera ob vocabulum Francken, & acceſſionem, id eſt, declarationem quæ vulgò traditur, die freyen Francken, & quod ab omnibus ſervitiis & oneribus ſint abſoluti, & videtur habere non mediocrem vim, quæ ta-

men brevitatis cauſſa nunc omitto. De iſto autem vocabulo Francum nihil reperitur in uſibus feud. ſed benè æquipollens, *c. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud.* quod feudum nuncupat honorificum *Johan. Andr. in addit. ad Specul. de præſcript. Alexand. conſ. 108. vol. 6.* & quod dominus nihil poſſit exigere, & ex eo quod vulgò, freye Francken libertatem ſonent, *c. ex literis, de ſponſal. l. anniculos ff. de verb. ſig.* & ſic iſta indefinita locutio faciat eum ab omni ſervitio liberum, *per d. c. ſignificavit, &c.* An autem ex vulgari locutione præter id quod inveſtitura de eo mentionem non faciat, procedat, hic vis conſiſtit. Ego tamen puto, pro conſuetudine patriæ, quod non: niſi prædium fuiſſet alicui conceſſum: Nos concedimus tibi prædium hoc liberum in feudum, diſen freyen Hof zu lehen. In iſto caſu ſolùm à ſervitiis liberatur; in aliis capitulis verum feudum manet. Si autem tali modo conceditur hoc prædium in feudum liberum, zu einem freyen Lehen, quo caſu non ſolum ab oneribus, ſed ab aliis capitulis in inveſtitura non expreſſis eximitur, *ut ſupr.* Quid autem de poſſeſſionib⁹ ex iſto prædio extractis & tertiis perſonis ſubinfeudatis, vulgò, Affter lehen/ an iſtæ gaudeant privilegio prædii dominantis? ubi videtur regulariter, quod non; quia prædium ob perſonam poſſidentis liberum exiſtit, & ideò ad alias perſonas in præjudicium domini directi vel territorii non extenditur, per vulgarem diſtinctionem: aut ſunt munera patrimonialia, aut perſonalia:

nalia: In caſu primo; aut habent alia bona & tenētur pro portione iſtorum: aut non habent præter iſtas poſſeſſiones; & non tenentur: Secundo caſu abſolutè tenētur, *per not. in l. reſcriptum § fi. ff. de muner. & hon. & infra in part. ult. prop. fin.*

# PARS TERTIA.

## DE FEVDO PATERNO ET ANTIQVO.

DIfferentia ſupra adſignata eſt; Et licet in hujusmodi feudis, poſtquam adſcendentib' ſemel facta eſt traditio, deſcendentib' & agnatis traditio nova nō ſit neceſſaria, *c. 1. § 1. de feud. March.* Inveſtituram tamen renovare & jurare fidelitatem tenentur, quæ paſſim in curiis uſurpantur, quæ tamen renovatio non alterat naturam feudi, quin antiquum maneat. Sic etiam refutatio filii in præjudicium agnatorum, niſi conſenſiſſent refutationi, & poſtea ſimpliciter eſſent inveſtiti: *Præpoſ. c. 1. de vaſall. decrep. ætat.* Sic ſi à feudo filius ceciderit, & id recuperaverit, *Alex. conſ. 2. part. 5.* niſi per pacta mutetur, *Oldrad. conſ. 178.* Secundò diſtinguitur; aut vaſallus ex felonia cecidit à feudo, & remiſſa eſt à domino; & manet antiquum: aut ꝑ delicto fuit condemnatus; tunc invertitur, & fit novum, niſi

Princeps ad priſtinum ſtatum reſtituiſſet, *Alvar. et Præpoſ. de vaſall. decrep. æt.* Maternum, cujus cognitio colligitur ex feudi paterni notitia, *ut in tit. de benef. fœmin.* Novum, quod de novo acquiritur, *c. 1. § novum. quod teſt. ſint neceſſ.* vel per pacta mutatum; aut ſimplici refutatione agnatis conſentientibus; aut patris refutatione ſimplici, qua prejudicaret filiis, cum iis nondum eſſet jus quæſitum, *Præpoſ. d. § c. 1.* Ex quibus colligitur, ſi dominus Emphyteuſim antiquam in feudum concederet, illa qualitas, id eſt, antiquitatis, in feudo non ceſſaret, ſed feudo communicaretur, ita quod feudum maneat antiquum, *Dec. conſ. 53.* Hinc aliud dubium; Quid operentur iſta verba, antiquum feudum in inveſtitura poſitum: ubi diſtinguẽdum eſt; Aut feudũ eſt Eccleſiaſticum & nihil operatur, ſed p̃ſumitur in fraudem Eccleſiæ enuntiatum, ꝓpter regulam ꝓhibitivã *c. 2. de feud.* niſi vetuſtas literarum fidem daret, *p Cyn. et Bald. in l. ſi emanc. C. de fid. inſt.* Aut ſeculare; & tũ indiſtinctè p̃ſumitur de eo, ut ſit paternũ, donec contrariũ ꝓbetur, *c. 1. de grad. ſucc. § ſi verò dominus* & agnatis poſſidentibus feudum deficiente domino in probatione feudi novi, præſtito ſacramento ab agnatis, eſt adjudicandũ, poſſidente verò domino & deficientibus agnatis in probatione, cum juris præſumtio p poſſeſſiõem elidatur, & ſic melior conditio poſſidentis ſacramento Domini ſtatur, quæ trad. *per text. & Dd. in tit. de grad. in feud. ſucced.* niſi pro altera parte eſſet major præ-

ſumtio

ſumtio, quod officio boni Judicis committendum, *text. et gl. d. c. 1.* ad quæ facit antiqua poſſeſſio, *Bald. ſi de feud. contr. fuer. quem allegat Alex. conſ. 15.* In quibus omnibus conſilium eſt neceſſarium, ut nihil in inveſtituris omittatur; alioquin collaterales non ſuccederent in feudo novo, niſi exprimatur.

# PARS QVARTA.

## QVÆ RES IN FEVDVM DARI POSSINT.

AVT res eſt Eccleſiaſtica; & tunc de novo Prę-lati, ob urbani Romani Pontificis prohibitionem non poſſunt infeudare, cum ſit de titulo & dominio Eccleſiæ, *in c. 1. Epiſc. vel Abb.* niſi cõſuetudo ſit infeudandi, *per Dd. in d. c. 1.* Regula autem affirmativa aliquas limitationes recipit; Prima, ſi Pręlatus ante feudi aperturam alterum infeudaret, ut tandem finita prima inveſtitura inciperet habere effectum, quo caſu nulla eſſet illa conceſſio, in præjudicium ſucceſſoris, *Mart. Laud. in tit. quæ res infeud. poſſ.* Secunda in decimis poſt Lateranẽſe Concilium laico infeudatis *c. ad hoc quamvis c. de decim.* quæ tamen hodie uſurpantur ꝙ maximè laici Principes aliis laicis in feudum concedunt. Tertia, limitatur in feudo dominico, ut quod reverſum eſt ad Eccleſiam tempore Epiſcopi introitus, & quod

ſuus prædeceſſor, cui erat apertum, non infeudaſſet, *c. 1. de Cler. qui inveſt.* Quartò limitatur, niſi Epiſcopus vellet rem ab antiquo conſuetam; quod quidam intelligunt ante conſtitutiones feudales, quaſi ipſa Adverbii vis demonſtret, & ab ante & ævo deductum eſſe videatur: id tamen recens & cõmunis conſuetudo patriæ limitat infeudari cõſanguineis & agnatis ſuis, tunc regulariter non poſſet, *gl. & Dd. in c. 1. qui ſucced. tenean. & l. quibuscunque modis C. de ſacroſ. Eccleſ.* In quo poſt magnum Dd. certamen diſtinguendum eſt: aut conſanguinei ſunt bonæ conditionis & famæ, & res eſt conſueta antiquitus infeudari, id eſt, per quadraginta años per poſſidentem bona fide in feudum recepta ſit, *Iſern. & Dd. in c. 1. qui feud. dar. poſſ.* & poſſe putat *Jaſon. recitando varias Dd. opin. qui feud. dare poſſ. n. 19.* niſi fuerit manifeſtè perniciosa Eccleſię, tunc enim non aliter fieri poterit, quàm ſi per tempus ultra memoriale in feudum recepta ſit, *c. 2. de conſ. lib. ſexto.* Quandoquidem quidam excellentis ingenii, & qui inter paucos excellentiſsimorum Jureconſultorum ætatis noſtræ numerandus plurimũ ſe fatigavit circa conſuetudinem rerum Eccleſiaſticarum infeudandarum, ut cum habeat radicem vitioſam, exſtirpandam eſſe, vel citius radicibus evellendam, quàm in exemplum & permiſſionem per aliquam quovis temporis lapſu conſtitutam ſeu introductam conſuetudinem deducatur, *per c. mala 8. diſt. c. 1. de his qui fi. à majo. per c. & quod Deo*

*ſemel*

*ſemel de R. I. lib. 6.* tùm quod res ſemel ſacra ſemper ſacra maneat § *ſacræ res, Inſt. de rer. diviſ.* tamen cum res ſacræ non adeò in Eccleſiam vel fabricam vel incorporalem translatæ, ut ſolum clero deputatæ ſint, verùm apud plebem & univerſitatem, id eſt, cauſam unde vel ob quam collatæ ſunt, permaneant, eoq; res Eccleſiæ nō cleri, verum plebium ſint, *per c. nulli 12. q. 2. p. c. multa 12. q. 2. &c.* puto eò facilius conſuetudinem talem eſſe tolerandam, quod res per eam quæ alioquin facilem tranſitum habet, ad ſuam cauſſam & naturam, unde venit, redit, ut quę plerumq; à laicis dedicantur *per l. ſi unus § quod & in ſpecie ff. de pactis.* Tùm quod per infeudationem res ab Eccleſia non radicitùs alienatur, *Bald. in tit. quib. mod. feud. al. § aut ſi libellario*, ſed remanente dominio directo penes Eccleſiam, ſervitia vaſalli ſuccedunt in locum fructuum, ut quæ occaſione feudi præſtentur, *arg. eorum quæ trad. per Spec. in tit. de feud. § 2. verſ. ſecundo quæritur. Bald. in c. 1. § ſi quis per 30. ann.* quæ ſervitia præſtanda donec feudum manet, eo verò ceſſante ceſſare & feudum, idq; ad dominū reverti explorati juris eſt, *arg. eor. quæ trad. in c. 1. § in princ. § 2. § 3. Hic finit. lex. c. 1. § licet, ſi de feudo contr. fuer. int. dom. & agn. cum multis aliis.* adeò quod ſervitia cum qualitate utilis dominii compēſentur, *per Bald. in l. fin. ff. de uſucap.* Ex quib' Eccleſijs nullum neq; gravamen, nec incommodum aliquod oriri poteſt; ſed potiùs pro temporum noſtrorum periclitatione plus commodi, quam gra-

vaminis Eccleſiis ex hujusmodi infeudationibus ſperandum. Ideò jura per aliquos allegata nihil ſtringunt in caſu noſtro, maximè Magnatum, Nobilium neceſsitati exigendo præſidio ad feudum comparatę &c. *per c. quod non, cum ſimil. ibid. gl. extra de R.I. Jaſon. in l. non aliter ff. de offic. ejus cui mand. eſt Jurisdic.* aut de novo facere vellet, & non poteſt *d. Auth. quibuscunque*, niſi Epiſcopus amicis benemerentibus in remunerationem ſervitiorum præſtitorum defunctis hæredibus, jus futurum ad Eccleſiam reverſurum largiretur. *Card. c. fi. de pecu. leg. c. ſi quos de ſervis 12. q. 2. videndus eſt Claud. de Seyſel. in tract. feud.* qui exuberantiſsimè hanc materiam tractat. Regula negativa ꝓbatur *per c. 1. verſ. idem Juris Epiſc. vel Abbat.* à contrario ſenſu, niſi bona propria ſint clerici, quia abſq; conſuetudine poſſet, *d. c. 1. de cler. qui inveſt.* Secundò, quando Eccleſia non habet directum dominium, ſed ſaltem utile in re, tunc ſubinfeudare poteſt cum conſenſu Capituli, *Jaſon. ibid. 21.* præter conſenſum directi domini, dummodo conſuetudo ſit infeudandi iſtam rem. Tertiò, quando aliter Eccleſia non poſſet recuperare rem, tunc concedi poteſt laico in feudum *c. 2. de feud. & ibi Card.* vel res ſit modica, *ut ibi per Jaſon.*

Res ſeculariſ in quadruplici differētia eſt; Quędam enim ſoli ſunt, ut res im̃obiles, caſtrum, fundus, territorium, ad quæ accedunt fructus eorum, tanquam cognatum quoddam ſivè creſcant, ſivè

cum

cum re cognoſcantur & propagentur, unde lacu, ſtagno, piſcina in feudum datis, veniunt piſces, tã-quam fructus cognati, niſi piſces cauſſa cuſtodiæ poſiti, & illa in feudum conceduntur omnia § *ſciendum de feud. cog.* Quædam ſolo cohærẽtes, ut fructus pendentes, domus, ædificia & ſuperficies ſoli in feudum conceduntur. § *ſciendum & gl. cum Dd. ibid.* Quædam inter immobilia reputata, ut ſunt annui reditus, *in Clem. exivi, de Paradiſ. § cumq; annui fructus,* & maximè, ſi ab immobili reſolvantur, ex quo fit quoddam reale & mixtum. Ita etiam annui reditus, qui ab aliqua negotiatione, vel aliquo loco commercii ſolvuntur: ut ſi quæſtum ex ſocietate aliqua percipiendum ego in feudum concederem, & licet, ex re immobili non procedat, tamen ex aliquo commerciali, quod vicem præſtat rei immobilis, *Zaſ. 4. part. ſui tract.* Debita autem pecuniaria & perſonalia non conceduntur, ſecus in debito reali vel mixto, fac. *c. 1. quis dic. Dux vel March.* Proventus autẽ ex quæſtu illicito, tanquã morboſa & vitioſa cauſa deſcendens; videlicet meretricio & luſorio, von dem Frawenhauß vnd Scholderplatz/ ut Princeps meus Hennebergenſis ab Epiſcopo Herbipolenſi acceptavit, & ob hoc turpe lucrum refutavit, nõ poteſt dari in feudum, qui Latina lingua quadruplatores, vel triplatores, ut qui lucra hujusmodi vitioſa capiebant nominandi, *teſte Sext. Pomp. & Aſcan. Pad. &c.* ſed Panes civiles dari poſſunt. *gl. § ſciendum.* Item, Jura piſcandi, Jus venan-

di, & quæ ſunt hujusmodi jura, *in l. divortio § ſi fundum § quod in anno. § quod in ſementem ff. ſoluto matrim.* ita quod in ꝑpetuum concedantur; item Jurisdictiones & alia Jura incorporalia, quorum traditio fit per patientiam, conceduntur *arg. l. 4. § dare ff. uſur.* Quartò, res mobiles, & iſtæ regulariter non conceduntur, aut enim uſu conſumerentur, & directum dominium interiret: aut ſervatæ nullam utilitatem præſtarent, & utile dominium ceſſaret. *Andr. de Iſern. d. § ſciendum.* Etſi ſuper hujusmodi re immobili juramentum eſſet pręſtitum, magis eſſet in vim contractus innominati, quàm feudi, neq; valeret juramentum. *Andr. de Iſern. c. 1. ſi vaſall. ab aliquo.* niſi res mobilis eſſet apud tertium, qui redderet quæſtum ex negotiatione vel ſocietate, *per Iſern. loc. alleg.*

# PARS QVINTA.

## QVI FEUDUM DARE ET ACCIPERE POSSUNT.

ET receptum eſt omnia feuda regalia aut ab Imperatore, ut domino mundi. *l. de precar. ff. ad l. Rhod. de jact.* vel à Rege concedi, in quo tres gradus capientium comprehenduntur. Primus eſt Ducum, Marchionum, Comitum, qui ꝓpriè Capitanei regni nominantur, eò ꝙ ſint à latere Principum, *Alvar. c. 1. § ſi Capitanei, de feud. mat.* & quibus

bus Provinciæ, Marchionatus, vel Comitatus cum regaliis & omnimoda Juriſdictione conceduntur *p Dd. in tit. quis dic. Dux vel March.* & ii dicuntur hodie illuſtres Electores, propter acceſsionem dignitatis illuſtriſsimæ; Licet olim, ut quod in locum Proconſulum vel ſtrictè loquendo Præſidum, *per gl. verb. & Proconſ. & tex. in l. 1. ff. de off. Præſ.* ſucceſſerint, ſpectabiles vocati ſunt, & perinde Proconſules ex Conſulibus ad Provincias regendas mittebantur, ſic Provinciæ Imperii nemini niſi Imperii Capitaneis demandantur, *text. & Dd. in tit. de off. Proconſ.* Quæ regalia dupliciter conſiderantur; aut enim habent abſolutam & prærogatam nobilitatem, quorum participes ſunt tantum regni Capitanci, quæ itidem dupliciter conſiſtunt, videlicet potiora in maximo gradu meri Imperii conſiſtentia, ut cōdere legem generalem, creare tabelliones, cudere monetam auream, concilium generale cōgregare, veniam ætatis concedere, eligere magiſtratus, eligere univerſitates, *Raph. Cuman. conſ. 162.* quæ licet ſoli Principi & ejus Capitaneis ab eō cōceſsis competant; tamen hodie per quasdam civitates & mercatores novosq; Barones uſurpātur in Germania & alia communiora, ut eſt jus vectigalium, collectandi, bonorum confiſcatio; quæ poſtrema in generali conceſſione caſtri, cum expreſſione aliquarum ſpecierum regalium, ut concedo tibi telonia vectigalia, & alia jam reliqua ſimilia conceſſa eſſe videntur, dummodo propter onus

adjunctum, id eſt, teſſeram publicæ ſecuritatis ſumeretur conjectura, *ut Cuman. d. conſ.* aut quando conceduntur illuſtri perſonæ, *Barb. in c. translationē Ext. de offic. deleg.* aliàs non venirent. Secundus gradus eſt Comitum Imperii nobilioris notę, qui fortè Præſides Provinciæ largo modo ob id nominādi, quod ii non ex Conſulibus, ſed inferiori conditione mitterentur ad Provincias Imperii, qui peræquè ac Proconſules habebant voluntariam & cōtentioſam Juriſdictionem *per tit. & Dd. in ff. de offic. Præſid.* quæ qualitas Præſidis generalis eſt & ad omnes gradus Capitaneorum, quibus Provinciæ regendæ ſunt applicari poteſt. *l. 1. d.tit.* & hi Clariſſimi dicuntur, *Dd. & Rub. d. tit.* adeò quod omnis Proconſul erat, Præſes autem omnis non erat Proconſul: Sic omnis Dux eſt regni Capitaneus, ſed omnis Capitaneus regni Dux vel Marchio non eſt. Tertius gradus Baronum aliorumq; nobilium melioris notæ Civitatum & aliorum Imperii ſtatuum & perſonarum, quæ vigore conſtitutionum Imperii ab actore ſecūdum differentiam graduum conveniendæ, per inſignem *Bald.* theoricam de Electione Judicis diſponentem *in l. & in privatorum. C. ſi à non comp. jud. poſt pr.* qui peræquè ab Imperatore & Imperio regalia in feudum tenent, ſecundum cujusvis qualitatem & ordinem, quorum infeudationes ſub haſta & vexillo cum debitis ſolennitatibus concedendæ, Imperatori ſoli, vel in ejus abſentia Rōanorū Regi, competūt, prout ſibi eas Impera-

perator VVormatiæ in Comitiis primis, Anno 21. reſervavit celebrandas *in pr. col. 2.* Quibus ſignis, id eſt, haſta & vexillo officia vaſallorum declarantur, ut quod ad expeditiones & neceſsitates Imperii obligarentur, & quanquam juxta Patriæ conſuetudinem videntur conceſsiones Emphyteuticæ aliquam habere umbram prædictæ conceſsionis, in priori enim fit inveſtitura per ſignum haſtæ,&c. demonſtrans vaſalli officium : in poſteriori verò ſpica vel alio quovis tenui bacillo, arbitror tamen ex diverſitate conditionis perſonarum, ſtatus, & rerum ea cōcordari poſſe; ut primum declaret officium ad expeditiones, juſtitiæq́; adminiſtrandæ vaſallos habiles, ut qui omnibus aliis præſint, eoq; vaſalli milites dicti, ut quod expeditionib' aliisq́; Imperii neceſsitatib' expoſiti eſſent, *Præpoſ. c. 1. ſi de feud. contr. in pr.* poſteriores verò agriculturæ deditis ad terræ culturam ſub ſigno huic officio quadranti & conſentaneo, inveſtiendos. Et ſic Imperator inveſtit Capitaneum ſub ſigno haſtæ. Diſe Provinz dem Reich zu Ehr vnd nutz mit recht vnd gerechtigkeit zu regieren/alſo/ꝛc. Emphyteutæ conceditur ager ad meliorandum, mit Hand/ Mund vñ Halm; quibus primus & ultimus gradus vaſallitii juris concordati ſunt, cum in aliis non uſurpatur. Alia feuda non regalia conceduntur à Capitaneis regni valvaſoribus ſecundum gradum ab Imperatore occupantibus,& ideò dicti quaſi ad valvas Imperatoris ſtantes, quos *Bald. in c. 1. qui feud. dar. poſſ.*

Barones vocat; Et hi quatuor gradus conſtituunt: In primo ſunt hi, qui à ſtatibus Imperii feuda recipiunt, ut Comites, Barões & alii Nobiles præeminentes, ut ſunt in Francia noſtra Orientali Comites à N. in Svevia N. qui cum medio (mit mittel dem Reich zugethan/) Imperatori ſunt ſubjecti. In ſecundo, Nobiles præeminentioris notæ, ut ſunt potiſsimè hi, qui ratione officiorum & dignitatum hæreditariarũ, ut Marſchalki Dapiferi, & alii aliis præpollent, etiam ſub ſe habentes alios vaſallos nobiles, qui dicuntur valvaſores majores. In tertio, qui à Comitibus, Baronibus, & nobilitate conſpicuis feuda tenẽt, quos nominamus valvaſores minores, qui etiam ſunt nobiles, mediocris tamẽ nore, qui etiam ſunt nobiles, mediocris tamẽ nonores, qui etiam ſunt nobiles, mediocris tamẽ notę. In quarto ſunt valvaſini, q̃bus à valvaſorib⁹ minoribus feuda cõferuntur q̃ ſunt plebei & pagani, Burger vñ Bawerlehen. Ex quibus omnib⁹ quatuor gradus colliguntur: Primus ſtat intra certam nobilitatem, ita quod ſi Ducatus cõcederetur privato, tunc nobilis, & Dux efficeretur. Secundus, nobilium eſt, ut non niſi nobilibus concedantur, dummodo feudũ ejus naturæ ſit. Tertius ad ignobiles protenditur. Quartus plebis eſt, & hoc in curiis ſervatur, &c. Poſtremò omnes laici, qui bonorum adminiſtrationem habent, in feudum poſſunt dare bona eorum propria: *Bald. in c. 1. § Marchio, ibid. Præpoſ. qui feud. dar. poſſ. Item, Fœminæ c. 1. § fœmina per quos fiat inveſt.* niſi impudicè viveret. *arg. l. ſed mulieri ff. de Cur. fur.* Et ideò jurisdictionẽ

poteſt

poteſt habere, *c. 1. de eo qui ſib. vel hæred. ſu.* Item, minor absq; tutore feudum antiquum renovare, *Zaſius in tract. feud. 5. part. f. 19.* Item Tutor & Curator ſine præſentia pupilli antiquum fedū agnatis non autē conſanguineis cōcedere, *l. magis puto § pater ff. de reb. eo.* nova autem nō niſi cum cauſſæ cognitione, vel judicis decreto. *Dd. in c. 1. per quos fiat inveſt.*

Capere autem poſſunt omnes qui inveſtire poſſunt, niſi expreſſè prohibeantur. *c. 1. § perſonam per quos fiat inveſtit.* Servus & Monachus conſentientib⁹ dominis feudorum acquirūt & domino & monaſterio. Item Fœmina *d. c. 1. § filiam de ſuc. feud.* Pupillus, furioſus, mente captus inveſtiri poſſunt; infans tamē cum tutore, & inveſtitura in tutorē concipiēda eſt. Idē in furioſi & mente capti curatorib⁹ qui etiam nomine furioſi ſerviunt, &c. Sin autem pupillus fari poteſt, & in eo eſſet rationis aliqualis diſcurs⁹, tūc ſolus, aut, ſi malit, authoritate tutoris accipiet, juramentū in ætatem ꝑfectam differetur: *arg. c. 1. § ſi minori in tit. ſi de feud. contr. fuer. int. dom. & agn. ita Jacobus de Belvis. Alvar. Laud. & Præpoſ. in d. § perſonā.* Hoc etiam in minore obſervatur. Contrarium tamen uſurpatur in Curiis, ut non niſi ſubſtituto, einem Lehenträger; vel tutori concedatur, licet aliud in adultis, q̄ ſervantur ut ſupra. Adoptiv⁹ & Arrogatus feuda patrum ſuorum non accipiūt. *c. 1. § adoptiv⁹ ſi de feud. contr. fu. int. dom. et agn* Ruſtici ab Imperat. à Ducibus & aliis inveſtiuntur, non tamen nobilitantur, ratione feudi, niſi expreſsè cum

infeudatione nobilitētur, cōtra *Alvar. et alios in c. 1. § cæteri, qs ſit Dux.* Et ita in Germania obſervatur. Evenit enim multoties, ut ruſticus de nobili feudo ein Ritterlehen oder Gut, inveſtiatur, non tamen nobilitetur, maximè quando concedens non habet jus nobilitandi. Clericum poſt magnum Dd. conflictum *Præpoſ. in c. 1. f. 4. qui feud. dare poſſ.* concludit per ſubſtitutum accipere poſſe; Quod tamē non probatur per pias rationes, cum nemo militans DEO, ſecularibus ſeſe nogotiis implicet *21. q. 3. c. placuit.* Ex communi tamen opinione obtentum eſt; Cui videtur obſtrepere Conſuetudo quarundam curiarum Eccleſiaſticarum, perinde enim eſt per ſubſtitutum jurare; Quod enim per alium fit nomine meo, per me factum eſſe cenſetur *c. qui facit per alium de R. I. in 6. l. quod juſſu alterius ff. de R. I.* Papa à Comitibus, Imperator ab Eccleſiis feuda accipiunt, per ſubſtitutos jurantes & ſervientes. *Ægi. Bell. conſ. 48. col. 10.* Quo fit ut etiam Duces ab Eccleſiaſticis Principibus in Germania noſtra feuda teneant, cum alias Princeps ſecularis à pari feudum non recipiat Germaniæ moribus, propter regulam; Ne par in parem jus dicat vel ei ſubſit. *l. ei à quo § tempeſtivum ff. ad Trebell. cum Concord. in gl. ibi.*

PARS

# PARS SEXTA
## DE CONSTITUTIONE FEUDI, ET QVID VASALLUS EX ea conſequatur

DIviditur in duas partes principales; Prima tractat naturam inveſtiturarum, quæ dupliciter conſideratur, realiter & abuſivè. Realis vel propria eſt, quādo vaſallus per Dominum, vel ejus nuntium in poſſeſsionem realem inducitur. Abuſiva ſivè impropria eſt quæ verbis fit, cum actu corporeo, ut cum dominus dicit, inveſtio te iſto annulo, &c. coràm duobus curialibus vel aliis honeſtis perſonis per breve teſtatum, id eſt, ut illi teſtes ſe ſubſcribant inſtrumento rem actam teſtificando, *arg. eor. in ff. de fid. inſtr. et caut. § ſin verò moriātur*. Iſta autem omnia in feudis Nobilium à quibusdam aulis receſſerunt, & hinc quatuor modi acquiſitarum poſſeſſionum exoriuntur: Primus eſt realis inductio: Secundus ut cum inveſtiuntur vaſalli coràm domino & ejus cōſiliariis mediante juramento & fidelitatis præſtatione, adeò quod deſuper poſſunt propria authoritate rem, ſuper qua inveſtiti ſunt, ingredi, nō aliis verbis dominus oretenus tùm in inveſtitura utitur, niſi, concedo tibi iſta bona in feudum rectum maſculinum, ſecundū

qualitatem & naturam feudi: tertius eſt qui in rebus Emphyteuticis, absq; tamen vera reali traditione uſurpatur, & traditur quaſi realiter per feſtucam, bacillum ſeu arundinem, vel quodvis aliud ſignum corporeum, mit Mund vñ Halm, emphyteutæ hæredi, vel novo emtori, (ut ſup) poſſeſſio quæ traxit umbram primi gradus infeudationum, *de quibus ſupr. part. 5. verſ.* Tertius Baronum. Et hi à Domino è regione Emphyteutæ ꝑ ſignum domino à venditore traditum, authoritatem ingrediẽdi rem Emphyteuticam conſuetudine patriæ conſequuntur, cæteris paribus, ut infra in 13. parte docebitur, & quod illa inveſtitura ſit mod⁹ poſſeſſionis acquiſitivus *per Alex. conſ. 78. vol. 5. traditur:* ita quod dominus ſecuta inveſtitura ex his abuſivis modis vel unico ſaltem cogatur poſſeſſionem feudi tradere, nec liberatur ſolvendo intereſſe. *c. 1. in fin. de no. for. fid.* aut ſi moras nectit tradendæ poſſeſſionis, tenetur commoditatem refundere. *d. c. 1.* In hoc autem diſtinguo, aut dominus circa inveſtituram legitimè promiſit rem feudalem & liberatur ſolutione intereſſe, *Jacob. de ſanct. Georg. in verb. inveſt. verſ iterum dubitatur.* ſivè aliquo juſto impedimento moram fecerit, vel tradere non poſſit, liberatur ſolvendo intereſſe. *arg. l. ſervus § ultim. cum ibi notat. ff. de act. empt. & vend.* aut dominus primum aliquem abuſivè, & ſecundum realiter inveſtivit, tunc præſtando intereſſe à primo liberatur, & erit ita poſſeſſionem habens potioris juris,

*gl. &*

*gl. & Dd. Alvarot. in c. ſi facta; ſi de feudo fuerit controverſ. int. domin. & agnat.* niſi ſub conditione, id eſt, ſi primus petat, ut tandem reſtituatur; poſſeſſionis enim traditio ſub conditione fieri poteſt. *arg. l. qui abſenti. § 1. ff. de acquirenda poſſeſſione.* Sin autem diverſis temporibus poſſeſſio detur, is potior erit, qui priorem titulum habet. *Alvarot. in d. c. ſi facta.* In re aliena facta inveſtitura, aut vaſallus ſcivit rem eſſe alienam, & dominus re evicta non tenetur vaſallo de evictione, niſi ſpecialiter pacto de evictione proſpexiſſet: *Doctores in cap. 1. de inveſtit. de rer. al. fact.* Aut ignoravit & tunc inveſtitor lite huic ab inveſtito legitimè denuntiata, ſivè ignoraverit, ſivè ſciverit dominus, rem eſſe alienam tenetur vaſallo de evictione *per Doctores dict. cap. 1.* Quibus conſequens eſt, dominum non ſolum feuda aperta, verùm adhuc à vaſallis poſſeſſa, & ſic in eventum mortis eorum alteri poſſe concedere, *contra l. fin. C. de pactis.* Improbam enim ſpem & votum captandæ mortis etſi nutriant; tamen in feudis conſuetudine patriæ receptum & frequenter uſurpatum eſt. In quo tamen caſu verba inveſtiturarum inſpicienda ſunt, in quem eventum reſpiciant, quia ſemper ad ſuum caſum reſtringuntur. *Alvarot. in c. moribus ſi de feudo fuer. controverſia inter domin. & agnat.* In antiquis etiam feudis in renovatione inveſtiturarum tenor primæ inveſtituræ tanquam radix & fons, *Bald. c. 1. § 1. de feud. Decius conſ. 173.* obſervandus eſt in deſcen-

dentibus neq; mutari poteſt in præjudicium tertii; *per Bald. in l. 1. pen. col. C. quand. non pet. part. accreſ.* Quod & in curiis Germaniæ paſsim obſervatur, talisque præſumitur, qualis in majoribus fuit, &c. *per vulg.* Novum autem feudum variat inveſtitura ſecundum pacta & conventiones, ex eaque omnis lex ſumitur, *Bald. in c. 1. de duob. fratr. à Capit. inveſt. cum multi concord.* Conſuetum eſt etiam adponere inveſtituris clauſulam communem in fine, ſalvo jure alterius; Quæ verba nihil operantur, aut enim alius jus habet, & cõceſſio nulla eſt, cum dominus non intendat alteri jus quæſitum tollere. *c. 1. de inveſt. de re al. facta.* aut nemo habet jus ad rem, & erit ſupvacua; quo fit ut paulatim iſta clauſula recedat ab aulis, cautelam tamen ſuperfluam non arbitror nocere caventi, *per l. teſtamentũ, et ibi Bald. C. de Teſtam. l. ſi pupilli § item ſi procurator, & ibi Bart. ff. de neg. geſt.* Ex quibus conſtat, quamvis quidam levi quadam expreſſione rebus ſuis proſpexerit, ultra legis proviſionem ob id legitimis proviſionib' non renunciaſſe cenſetur, *ut doc. Paul. de Caſtr. conſ. 205. &c. allegans l. miles qui ff. de teſtam. mil.*

Salvo autem Jure dominico multum operatur: Nam licet dominus cum iſta reſervatione vaſallo feudum impignoranti conſenſiſſet, , tamen reverſo feudo ad dominum, dominus non teneretur. *c. 1. § quid ergo, & ibi eleganter per Præpoſ. & Dd. de inveſt. de re al. facta*; quæ theorica menti imprimenda eſt, ſæpè enim in curiis contingit uſuvenitq;.

Quæſtio

Quæſtio ſequitur; an adprẹhenſa parte feudi, videatur totum feudum poſſeſſum; in quo breviter diſtinguo: aut pars adprẹhenſa reſpicit totum univerſale, id eſt, continet ſub ſe alios fundos, tanquam partes totius univerſalis, tunc adprẹhenſa feudi poſſeſſione videtur adprẹhenſa poſſeſſio fundorum, *arg. l. poſſidere § quod autem ff. de adquir. poſſ.* niſi pars aliqua per alium fortè *arg. l. quod meo ff. de adquir. poſſ.* aut plures fundi infeudati ſunt, & ita ſeparati, ut ad nullũ totum reſpiciant, & tunc unius adprẹhenſione aliorum poſſeſſio non acquiſita eſt, niſi corporalis adpræhenſio accedat, *per l. cum hæredes de adquir. poſſeſſ. & And. de Iſern. c. 1. quid ſit inveſt.*

Quartus modus adquirendi feudum eſt prẹſcriptio. Nam ſi quis per 30. annos rem domini pro feudo teneat, & ei ſervitia præſtet ſemel, & poſtea 30. anni ſequantur, hoc feudum ſine inveſtitura præſcriptum dicitur. *c. 1. § ſi quis per 30. ann. tit. ſi de feud. contr. int. dom. & agn.* nec omni anno ſervire neceſſe eſt, *fac. c. cum beneficio, de præbend. lib. 6. & not. c. cum Eccleſia de cauſis poſſeſſi. & propria* In feudis Eccleſiaſticis 40. anni. *Andr. de Iſern. in d. § ſi quis per 30. & Alvar.* Adeò quod ſi controverſia incideret ſuper iſta re feudali, vaſallus non teneretur jurare loco probationis ſuper re feudali, *gl. c. 1. de conſuet. recti feud.* Quod non procederet in poſſeſſore pignoris; nam per hujusmodi tempus nõ poſſet ſibi mutare cauſſam poſſeſſionis, & poſſeſſor eſſet malæ fidei, quæ etiam in feudis impedit præſcri-

ptionem. E contra, ſi dominus ab aliquo, qui eſt fundi dominus, recipiat per tantum tempus ſervitia, fundum eſſe feudalem factum, *Spec. § 2. verſ. ſecundo quæritur. de feud.* niſi ex probabili & juſta ignorantia id eveniat; quo caſu arbitror reſtitutionem admittendam *per Bald. de præſcriptione 4. part. prim. quæſt. 12.*

Secunda pars principalis compræhendit novem effectus, quos vaſallus ex inveſtitura conſequitur: Primus eſt utile dominium, & ita jus utendi & fruendi non jure ſervitutis perſonalis ſed proprio, ſiquidem quando verba utendifruendi in conſequentiam principalis diſpoſitionis ponuntur, proprietatem ſignificant; *Bart. in leg. donationes, § ſpecies, & ibi Alexandr. ff. de donationib. l. Proculus ff. de uſufruct.* Secundus rei vendicatio utilis, ut à quocunq; poſſeſſore vendicare poſſit, *c. 1. de inveſt. de re al. fact.* eâmq; etiam contra dominũ inſtituere. *arg. l. 1. C. ſi ager. vect.* Ex quibus colligitur, ꝗ non ſolùm agere; verùm etiam defendere poterit, taleque judicium in dominum, ſive ſciverit, ſive ignoraverit, transmittitur, ut apto & reverſo feudo, huic judicio & ſententiæ ſtare teneatur: nam feudi defenſio æquè ad vaſallum principaliter ſicut ad dominum pertinet, *per l. principaliter. C. de liber. cauſ.* de quo ſunt *textus. & Doctores in titulo ſi de feudo controverſia fuerit inter dominum & agn. § ſi vaſallus.* Contrarium olim nitebatur magnus Doctor arbitrans, dominum feudi ad defenſionem

vaſal-

vaſallo eſſe obligatum, adeò quod expēſis domini utile dominium defendi debuiſſet; quod & abſurdum & contra juris regulas ſupra poſitas. Dominus tamen pro ſuo intereſſe in judicio comparere poteſt, *per text. d. l. principaliter.* vaſallumque ab incompetenti judice citatum ad ſuum & parium judicium avocare (abfordern) & hoc ſervatur in practica. Tertiùs eſt quod re evicta contra dominum agat, *de quo ſupr.* Quartùs, quod dominus tenetur feudi fines vaſallo oſtendere. Caute tamen facit vaſallus, ut in inveſtitura exprimantur, ne poſteà modicum terræ à Domino oſtendatur. *Præpoſ. in cap. 1. § aliud quoque. de prohib. feud. al. per Feud.* Quintus, quod vaſallus filius defuncto patre habitualiter continuatus ſit in poſſeſſionem feudalem, ut eam propria authoritate ingredi poſſit, ubi etſi magnus conflictus ſit Doctorum, veritas tamen eſt, poſſeſſionem realem non ſubſtantivè, ſed qualivicativè, id eſt, fictè, & imaginativè per jus repræſentationis in filium continuari; per ſe non ſunt una, ſed duæ perſonæ, ſic etiam poſſeſſio filii; tamen jurisfictione fit ex duabus, una perſona: ſic eadem poſſeſſio imaginativè, & ideò ſicut perſona patris non in ſubſtantia, ſed qualitate habituali continuatur in filium: ita poſſeſſio corporea non ſubſtantivè, ſed habitualiter, quia realis poſſeſſio absque adpræhenſione corporea non transfertur. *per l. cum hæredes ff. de acquirē. poſſeſſione.*

quæ tamen habitualis continuatio confirmatur p renovationem inveſtituræ, *ut Præpoſ. in c. 1. col. 2. q̃d ſit inveſt.* & ita concordantur jura & *Dd. in c. 1. § ſi facta ſit contr. int. dom. & agn. et c. 1. quid ſit inveſt. & gl.* quam ſequitur *ibid. Jaſon. in l. in ſuis ff. de lib. & poſth.* & ideò filius non poteſt agere interdicto recuperandæ, ſec⁹ adipiſcendæ, *Bald. in Auth. defuncto C. ad Tertull.* quem caſum in practica habui, & adverſarius agens ex hoc interdicto, ſuccubuit, parsq; mea ab impetitione abſoluta eſt. Sextus, quod poteſt absq; fraude & doloſa machinatione, præcedente tamen denuntiatione, ſi poteſt denuntiari, & probabili timore litis (*Alvar. in c. 1. verſ. nota quod vaſall. & ali. de benefic.*) ſuper feudo transigere. *c. ſi vaſal. 3. ſi de feud. contr. fu. int. dom. & agn.* Septimus, compromittere cum hoc temperamẽto poteſt, niſi dominus ꝓhibeat, quod facere poteſt, *Jacob de S. Georg. verſ. & cum pacto, col. 3. alleg. c. 1. § ſi autem inter. de leg. Corrad. & ibi Alvar.* Licet *Iſern.* contra tenere videatur *in d. § major autem opinio evicit.*

Transactio vel laudum nemini niſi vaſallo ſuꝑ jure ſuo, non autem agnatis præjudicat, *Jacob. in d. verſ. & cum pacto* latè tractat, etiamſi ſciviſſent, q̃a eo tempore, cum illis jus adhuc non erat apertum, contradicere non poterant: Secus ſi in judicio ipſis ſcientibus & tacentibus litigaſſet, *arg. l. ſæpè ff. de re jud. c. veniens. de transact.* De hac materia me remitto ad Dd, ubi ſupr. Secus in arbitratore cui nec judicium, nec figura ejus eſt, *ut infr. in 8. part. docebitur.*

Octa-

Octavus, ut omne feudi incrementum conſequatur, regulariter pro reſervatione cõtroverſiarum, quas Dd. abundanter hîc habent, diſtinguo; aut dominus ſibi reſervavit in loco feudi aliquid juris, aut nihil reſervavit. In primo ſubdiſtinguo, aut vaſallus eſt in incrementi poſſeſſione: aut non. In primo caſu tenetur ꝓbare incrementum non eſſe infeudatum: In ſecundo, vaſallus cum paribus vel inveſtituræ, aut alio legitimo modo probat. In ſecundo caſu principali omne incrementum vaſalli erit latens, quod per alluvionem fundo accedit, & patens quod cum flumine naſcitur, verſus feudi fundum, *Inſtitut. de rer. diviſ. § præterea.* Nonus quia poteſt ſubinfeudare ęqualiter, dummodo citra domini & agnatorum præjudicium, & absq; fraude pretioq; explicetur. *c. 1. § præterea, & ibi Alvarot. de cap. Corr.* quæ ſubinfeudatio dicitur, vulgò Affterlehen. Et quando quis partitur prædium ab aliquo domino in feudum acceptum, in multas poſſeſſiones, quas in feudum vaſallus concedit retenta parte potiori, q̃ poſſidet Dominus per ſe, vel per aliũ ſuo nomine poſſidentem, & illi dicuntur ſubvaſalli, & poſſeſſiones propter parvitatem eorum Affterſidln, aliâs Affterſitzln.

# PARS SEPTIMA.

## DE OBLIGATIONE RECIPROCA INTER DOMINUM ET VAſallum.

ET primùm tenetur vaſallus, ſi miles eſt, actu & habitu, infra annum & menſem; cæteri añum & diem à Domino, vel ipſius hærede renovationẽ inveſtituræ petere, *gl. c.1. quo temp. mil. c. 1. § præterea. de prohib. feud. al. per Fed.* Quod tempus quantum ad ignorantiam vaſalli, quod neſciverit feudum vacare, eſt utile: ceſſante autem cauſſa impedimẽti continuum eſt, & ſic à tempore ſcientiæ & ceſſantibus impedimentis, currit. *gl. d. c. 1. in verſ. infantia. quo temp. mil.* Et ſunt cauſſæ impedimentorum, peſtis, mors, incurſus hoſtilis, acres inimicitiæ, regulariter incarceratio, captura vaſalli, &c. *d. c. 1.* & congruo tempore & loco petenda eſt. Excuſatur tamen vaſallus, ſi feudum antiquum non poſſideat, nec ſine litibus poſſeſſionem recuperare poſſet, dummodo absq; dolo ſit. *Alvar. & Præpoſ. in c. 1. quæ ſu. princ. cauſ. benef. amit.* Ex quibus colligitur feuda in extraneum alienata ad 30. ann. revocari poſſe per agnatos, *per gloſ. fin. in c. Titius. ſi de feud. controv. fuer. int. dom. & agn.* In quibus, ut ſupra dixi, ſola negligentia & incuria non petentis

notatur,

notatur, non dolus, ut in annali præſcripitone. Idem eſt, ſi vaſallus ignoraſſet rem feudalem. In quibus notandum eſt, quod hæres totum tempus hoc habet petendi inveſtituram, non computato tempore quod currit defuncto, *Jacob. de Belv. in c. c. 1. quo temp. mil.* quia jus habet magis ex perſona concedentis, quàm defuncti, *ut ibi per eum.* Tertiò excuſatur, ſi inter duos de directo dominio contentio foret: conſilium eſt, ut ſi vaſallus vellet ab uno petere inveſtituram, ut id faceret cum proteſtatione de non præjudicando alteri. *argum. l. fin. ff. de petit. hæred.* aut ab ambobus cum prædicta proteſtatione reciproca petat. Quartò, excuſatur pupillus, etiamſi tutorem habeat, *Bald. in cap. primo, quo tempore milit.* adulto currunt, ſed læſus reſtituitur. *arg. c. ſi minori. ſi de feud. contr. fuer. int. dominum & agn.* In feudo autem novo tempora patris currunt etiam filio, qui una eſt perſona cum patre, & venit ex perſona patris, & ſic ceſſat ratio, quæ agnatis aliquale tempus tribuit. *Præpoſ. in d. c. 1. quo tempore milit.* Quibus conſequens eſt, quod ſi plures hæredes peterent à Domino ſimultaneam inveſtituram retinēdo feudum in communi, tunc omnes & petent & jurabunt: poſſunt tamen unum curatorem eligere (einen Lehentrager) qui eorum nomine petat & juret; *c. omnes fil. ſi de feudo fuerit controverſ. int. domin. & agnat. & ibi. Alvarot. & Præpoſ.* Sic de cōſuetudine obſervatur etiam in civitatibus. Cautela igitur eſt pro Dominis maximè in

bonis emphyteuticis, ob ſolutionem ſportulæ. Eſt autem res præjudicialis, civitatibus feuda concedere, quia nunquam revertuntur ad dominum directum, cum non moriantur, *l. ſi. per Epiſtolam et ibi Bart. ff. de acquir. hæred.* hæredibus Domini omnibus jurandum: major tamen opinio, quam ſequitur, *gl. in c. omnes ſi de feud. contr. fuerit.* cum Pile. evicit, & obſervatur conſuetudine in Francia Orientali, ut hæredes domini unum eligant, cui juretur nomine aliorum. *Specul. de feud. § quoniã verſ. 29.* & ei q investituram prǽſtat, non tamẽ ad plura tenetur ſervitia, quàm erga defunctum tenebatur. *arg. l. ne in plures ff. de exercit.* quare hæredes deputent unum, aut nulli præſtabitur *arg. l. æquiſſimum l. quotiens ff. de uſufr.* Juramentum fidelitatis, hodie ſecundum diverſas diverſorum feudorum curias variat, ad quas principaliter recurrendum; eſt enim utilitatem domini præferre, incommoda propellere, parereq; in juredicundo paribus, feudumq; nullibi, niſi coràm Domino, vel ejus paribus defendere vendicareq;. Et hoc juramentum cum ſit reale per Procuratorem præſtari poteſt. Cæterùm juramẽtum ſubjectionis, cum in perſonam dirigatur, non niſi perſonaliter præſtatur. *Bald. in l. 1. § ne autem C. de cad. toll.* ſic reſignari poteſt *arg. l. nihil. tam ff. de R. I.* In hoc autem juramento fidelitatis quilibet antiquior dominus exceptus eſt, *c. 1. § fin. hic fin. lex. c. 1. in f. de proh. feud. al. per Fed.* etiamſi novus dominus noluerit, quia ex prioritate temporis & or-
dine

dine intellect⁹ antiquior dominus exceptus videtur *Alvar. in d. c. 1. hic fin. lex. & arg. l. moribus ff. de vulg. & pupill.*

Præſtatio ſervitiorum Domino non fit niſi requiſitus ſit vaſallus; fallit in caſu quo ſciret vaſallus Dominum obſideri, aut imminens periculum inſtare ei, tunc non requiſitus auxilium præſtabit, aut cadet à feudo *c. 1. § 2. & 3. hic fin. lex.* Et ſic tenetur Dominum in bellis juſtis ſequi cōtra omnes, etiam poſteriorem dominum, ſi antiquior bellum moveat, idq́; etiam contra patrem & filium & fratrem, quod eſt communis opinio, *text. & Dd. in d. c. 1. § fin. & ib. gl. hic fin. lex.* Ego tamen cum *Zaſio* in hoc audacter contrarium teneo, tùm ob præcepta divina contra pugnantia, tùm pietatem parentibus ex divino & naturali jure, conſuetudini ſcriptæ præpotentem debitam. Nam ſi patri alimenta propter dominum non ſunt abneganda, *Bald. in c. de no. for. fid.* nec domino contra patriam auxilium ferre. *Specul de feud. § quoniam verſ. 16.* quantò minus contra patrem, qui patriæ, cæteris paribus, præfertur, ut ex Decalogo cognoſcitur non obſtante *Spec. p. l. minimè ff. de relig. & ſumt. fun.* qui putat patrem ob patriam interficendum: loquitur enim lex iſta in caſu proditionis. Ex hoc ideò non ſequitur, ut generaliter liceat: nam ab uno particulari malè ad univerſale arguitur. *gl. in l. à Divo, in verb. à ſe ff. de re jud.* Contra fratrem autem relinquitur deciſio juris communis. Vita Domini præferenda: aut

vaſſallo imminet mors certa, & ſe defendet, aut nõ; & tenetur juvare dominum: *Bald. in cap. 1. verſ. quin-tò quæritur. quibus mod. feud. amit.* In bello injuſto non tenetur, niſi ad Domini defenſionem & non alterius offenſionem principaliter; *Bald. dict. cap. 1. nota. quibus mod.* Domino rebelli vel bannito non tenetur durante banno; *gloſ. & Dd. in c. 1. quo temp. mil.* Dominus autem à vaſallo excommunicato exigere poteſt. *Præpoſ. in c. 1. de al. feud. in fin.* Cauſa & utilitas publica præfertur privatæ, & ideò inferiores vaſalli tenentur ſuperiori auxilia præſtare, putà Regi vel Imperatori. *Specul. in titul. de feud. § quoniam, verſu 16.* Item pro coronatione Romani Imperaroris; Item contra hoſtes Imperii, vel per ſe, vel per alium æquè idoneum, vel dimidium fructuum feudalium ejus anni Domino ſubminiſtret. *c. 1. § ſimiliter. de. cap. Corr.* ſic etiam ex bonis propriis tenetur ſe explicare, quæ vaſallo ex ſua perſona ſunt explicanda: *ita Johan. de Ana. conſ. 7.* Ex quibus ſequitur vaſallum non ſolùm nõ poſſe receptare inimicos domini in bona feudalia, ſed nec etiam in propria, nec cum iſtis habere conſuetudinem. Propriis ſumtibus explicent; in quo diſtinguo: aut feudum eſt pingue & opulentum, & tenetur: aut tenue & vaſallus eſt pauper, ſecus: pacta tamen in hoc inſpicienda. Pares itaq; accedunt propriis ſumtibus curiã in juredicundo; pro conſuetudine tamen in loco juriſdicundi domini ſumtibus ſuſtinentur, niſi dominus in longinqua loca

eos traheret, tunc ſec⁹, *Bald. in c. 1. de cap. q. Cur. vend.* Debitor dominus; aut ex cauſſa vaſalli contraxit, & vaſallus à debitis dominum liberet: aut non, tùm ſecus; *Præpoſ. in c. licet. ſi de feud. contr. fuer. int. dom. et agn.* & ſic non alere tenetur, niſi ex facto vaſalli inops factus ſit, *Bald in l. 1. § ſed ſcimus. C. de lat. lib. toll.* Item nec inſtituere actionem formoſam: Item nec interdicto, unde vi experiri § *1. § interdictum. ff. de vi & vi arm.* ſed actionem in factum ſimplicem *per vulg. & Abb. in c. cæterum, de Judiciis.*

Tenetur pro filia nuptui collocanda; *Speculat. § quoniam verſus & nota quod vaſalli Comitum, &c.* etiam filiam ſpuriam. Hoc tamen conſuetudo non obſervat; alteri ſubſcribit, in quibusdam locis, & dummodo ſit Comes vel Baro Imperii. Fines feudi tenetur oſtendere, alioqui omnia bona feudalia cenſentur. Aut vaſallus ꝓbabiliter ignorat, tunc dominus tenetur oſtendere, alioquin cenſentur allodialia: Aut non; tunc vaſallus, ob dictam juris præſumtionem, *Alvarot. capit. 1. § illud quoque de prohibita feud. alienat. per Federic. Iſern. & alios Doctores ibidem.* Vaſallus univerſitatis, omnes præter adminiſtratorem civitatis, à quo accepit feudum, cuiq; ad ſervitia tenetur; offendere poteſt absq; feudi privatione, *Alvar. d. c. 1, § præterea quæ deciſio menti tenenda.*

Feudum non eſt deteriorandum, ideò non poteſt fructiferas arbores incidere, ſubditosque malè tractare. *Alvarot. in titul. de pac. ten. § quicunque.*

*gl. c. 1. de al. feud. pat.* Et poſſent ſubditi de vaſallo conqueri coram domino, *ut ibi.* Hoc prætextu vaſalli ob eorum commodum litem capeſſunt & ſe indignos faciũt dominio, adeò quod vaſalli & ſubditi meritò corã ſuperiori conqueri poſſunt: *Bald. in. c. 1. § publici latrones. de pac. ten. & ejus viol. Item in ff. ſtatuimus C. de Epiſc. Jacob de S. Georg. de Roy. & op. 46. 47. 48. num.*

Servitutem imponere aut in præjudicium Domini, & non poteſt, aut in ſui, & poteſt. Ex quo ſequitur, ſi ſervitus impoſita feudo per 30. annos ſteterit, & dominus ignoraſſet eam temporis lapſu nõ firmatam, ſed decedente vaſallo & feudo aperto, vel ad agnatos ignorantes ſervitutem, delato, extinctam eſſe, ſed ſi ſcientes non prohibuiſſent, tũc ſecus *text. & Dd. in c. 1. § quid ergò de inveſt. de re al. c. 1.* ſic in agnatis; ſecus in filiis vaſalli qui abſolutè ferre tenentur, *arg. l. cum à matre C. de rei vind. cum ſimil.*

E converſo Dominus vaſallo tenetur ad paria, ut vaſallum defendat, ſalvis iis, de quibus non eſt obligatus vaſallus, *Alvar. in § contra omnes. Hic fin. lex.* ſub proprietatis privatione, id eſt, directi dominii, *gl. in d. § contra omnes.* excepto juramento, *c. 1. ad fi. de form. fidel.* quod approbat conſuetudo. Item jurato vaſallo inveſtituram tradere *c. 1. de no. for. fid.* Item conditione vel die exiſtente, in quem conceſſum eſt, tenetur & promiſſor & hæres ejus. Item nec vendere proprietatem invitis vaſallis, q͂a intereſt ſubditorum non mutare dominum. *c. 1. §*

*ex eod.*

*ex eod. & ibi Alvar. de leg. Cor.* Ita nec Princeps unam ex civitatibus invitis civibus, *Bald. in c. generali. ſi de feud. fu. contr. Joan. Andr. in c. dilecti. extra. de major. et obed.* Ex quibus diſtinctio oritur: aut vendit dominus totam curiam, vel territorium expreſſè, quod feudalia transeant, & poteſt invitis vaſallis vel ſubditis, quia multa transeunt cum univerſitate, quæ ſeparatim non transirent, ut jura patronatus cum Eccleſiis. *l. quædã ff. de acquir. rer. dom. & fac. c. 1. de cap. qui cur. vend.* aut rem ſingularem, & non poteſt, *Alex. pulcrè conſ. 15. vol. 5.* Et ideò in generali venditione vel obligatione non veniunt feuda, niſi exprimantur. *d. c. 1. & ibi Alvar. de cap. qui cur. vend.* In generali enim obligatione vel diſpoſitione non veniunt ea, quę ſpecialiter non præſumerẽtur obligari *l. obligatione ff. de pign.* Item nec delegare alteri poteſt vaſallum. Unde ſicut vaſallus feudum, ita dominus vaſallum transferre non poteſt, *Alvar. in § ex ead. de leg. Corr.* ita conſequenter operæ fabriles, cum vaſalli interſit, alteri delegari nõ poſſunt. Ut in ſimili vaſallus non poteſt ſubinfeudare, niſi citra domini damnum. Nec Imperator de jure vaſallum adveſtire poteſt; *tit. de nat. feud. in princ.* quia tenetur ſervare ſuas leges, & conſuetudines, cum ſit ſubjectus & ligatus legibus. *l. digna vox. C. de leg.* Hinc eſt quod etiam teneatur ſervare pacta cum Baronibus ſuis inita, *ut per Dd. ibi & facit c. decet de R. I. in 6. l. benè à Zenone. C. de quadr. præſcr.*

*Alvar. tit. de his qui feud. dar. poſſ. § notandum*. Cætera in ſequentibus explicabuntur.

# PARS OCTAVA.

## DE SUCCESSIONE FEUDI.

QVÆ pars principalis dividitur in quatuor partes ſpeciales: In 1. tractatur ſucceſſio feudi generalis. 2. Continet ſucceſſionem in ſpecie collateralium in feudo paterno vel antiquo. 3. Quomodo collaterales ſuccedāt in feudo novo. 4. Succeſſionem filiarum tractat. Quæ partes ſpeciales per tria capita principalia explicabuntur: aut enim ex teſtamento; aut ab inteſtato; aut communiter abſq; prærogativa ſuccedimus.

Primum caput principale non eſt verus modus feudi acquiſitivus; certa enim regula juris eſt, quod in feudo nulla valeat ordinatio. *c. 1. § donare de prohib. feud. al. per Feder. & ibi. Dd.* ut vel filii inæqualiter ſuccedant, vel uni filio duæ partes, alteri tertia adſignetur. *text. in cap. 1. de ſucceſſion. feud. & ibi Jacob. de Belv. & Doctores per multa jura. fac. c. 1. de præb.* Ratio, quia jus agnatorum & domini lædere non poteſt, *per jur ibid. & Præpoſ. c. 1. de prohib. feud. al. per Fed.* & inſtituto hærede extraneo teſtamentum irritatur & revertitur ad agnatos: His nō extantibus ad Dominum feudi. *Dd. in d. c. de ſucceſ. feud.*

*feud.* Et quod pater uni filio in feudo plus quàm alii non poſſit adſignare, approbat *Præpoſ. d. c. 1. de probib. feud. al. per Feder.* quæ communis opinio eſt, & roboratur per *textum apertum. d. cap. 1. de feud. ſucceſſion.* In hoc tamen puto diſtinguendum fore: aut agnati, & dominus conſenſerunt ordinationi: aut non. Primo caſu valet, conſentientibus enim non fieret injuria per vulg. In ſecundo non: quia non poterat violare intereſſe domini, nec lædere jus agnatorum. *Præpoſ. in d. cap. 1. vel filiorum.* In quo ſubdiſtinguo; aut feudum eſt hæreditarium, Titio & hæredibus, aut ſimpliciter ſine hæredum mentione (cum ſemper hæredes ſubintelligantur & illis proſpectum eſſe, *per leg. ſi pactum. ff. de probatione cap. 1. de duobus fratribus à Capitaneo inveſtitis,*) conceſſum, quo caſu filii intelliguntur. *c. 1. verſ. & ſi clientulus de alien. feud.* tunc filii ut hæredes non poſſent venire contra factum patris. *d. l. cum à matre. C. de rei vindic.* aut non eſt hæreditarium, ut ſi Titio & filiis ſeu liberis (als jhme vnd ſeinen Söhnen oder Kindern) conceſſum eſt. Quo caſu iterum ſubdiſtinguo: aut iſti filii vel liberi adiverunt hæreditatem paternam; aut non. In primo, aut confecerunt inventarium, & patris diſpoſitio eos non obligat. *Bal. in l. qui ſe patris. verſ. item quæritur ſi vaſallus. C. unde lib. Alex. conſilio. 19. vol. Dec. conſ. 185. cum limitat. infr. de repudiat. hæred. in fin. 5. fallentiæ.* In caſu autem ſecundo non veniunt contra factum patris, ſed obligantur, *per jura ſup. alleg.* Ex quibus

alia oritur diſtinctio: aut feudũ eſt paternũ, ſive antiquũ, & tunc ſuperiora locũ habent; aut feudũ eſt novum, tunc indubitanter teneo per diſpoſitionẽ patris filios obligari. Sin autem feudum Sempronio & quibuscunq; hæredibus, Jhme vnd allen ſeinen Erben, concedatur; dubitatur an etiam intelligantur extranei. Ubi quamvis *Bald. quem allegat Jacob. de S. Georg. in. verſ. & quibuscunq; de feud.* variet, inclinat tamẽ in contrarium *in c. 1. § donare. qual. olim feud. al. pot.* & fortè ex duabus rationibus, quia aliâs fœmina ſuccederet in feudo, contra naturam feudi. *c. 1. de benefic. fœm.* ſecundò ſuccederent, qui non eſſet communis agnationis, contra naturam feudi, ubi appellatione hæredum deſcendẽtes maſculi ſolùm intelliguntur *c. 1. § profectò. de leg. Corr.* Et verba ſunt intelligenda, ſecundum materiam ſubjectã. *l. ſi uno in pr. ff. locat.* Et ideò verba quantumvis extenſiva reſtringuntur ſecundum materiam ſubjectam, *per l. 1. & ib. Dd. de SS. Eccleſ.* Ego tamen arbitror durum eſſe apud Germanos, ut ſolùm ad deſcendentes extendatur, ſed ad omnes hæredes maſculos ab inteſtato venientes, etiamſi non eſſent deſcendentes primi acquirentis iſtius feudi, ſed aliâs communi generatione, ut qui ſimilibus inſigniis familiæ & nomine defuncto conjuncti; quo caſu natura feudi non ſubverteretur in ſucceſſione fœminarum: & ita videtur velle *Jaſon in prælud. feud. n. 47.* ſuper quo puncto ante paucos dies cum duobus Principibus altercabar, qui tandem mecum

mecum concludebant, iſtam generalitatem cum dicto temperamento intelligendam, tanquam cõſuetudini patriæ, & æquitatum, tùm naturę verborum conſonam. Ex quibus ſequitur, feuda ratione iſtius generalitatis in extraneum per aliquam ordinationem non poſſe transmitti; niſi conſuetudo patriæ teſtari in feudis permittat. *Cuman. conſ. 173.* Quam materiam teſtati ideò præmiſimus, ut poſthac faciliùs cognoſcamus veros modos feudi acquſitivos *arg. l. qui accuſ. ff. de accuſ.* Si enim ſcimus, qui ſint modi acquiſitivi in ſucceſſione, facilè intelligimus qui non ſunt, à cognitione contraria: Quæ tamen multis modis aliter obſervantur. Primò, ſi L. Salica, aut ad Morganicam ducta uxore cautum ſit, ne filii de bonis paternis ampliùs habeant, quàm dictum ſit, tempore ſponſaliorum, quo caſu filii in feudo non ſuccedent. *c. unico. de fil. nat. ex matr. ad marg. contr.* Item filius qui Dominum offendit, nec vult domino ſatisfacere. *c. in ſuper. de proh. feud. al.* Item in pacto, ne filii ſuccedant patri ab inteſtato, ubi nec in feudis ſuccedunt. *c. filii. ſi de feud. defunct. cont. fuer. int. domin. & agn.* ubi iniquitas vertitur, *de quo infra latius.* Item in filiis ſecundi matrimonii à muliere feudum habente relictis; quo caſu filii prioris matrimonii potiores ſunt. § *mulier ſi de feud. contr. fuer. int. dom. & agn.* Item quando cõſuetudine primogenitꝰ ſuccedit. Jus enim primogenituræ lege divina & Canon. probatur. *c. licet in fin. de voto. Card. et Hoſt. ibi, cum multis aliis, de filio ad-*

*opt. naturali*, *&c.* de quibus infr. ſuo loco. In quibus omnibus conſuetudo cujusvis loci obſervãda.

Deſcendamus nunc ad ſecundum caput principale, quod complectitur materiam diffuſam ſucceſſionis ab inteſtato, ubi primò, de agnatorum; Secundò, de fœminarum ſucceſſione tractabimus. Super primo, vetuſta feudorum origo ſucceſſionem tenuem vel nullam habuit; Dominus enim feudum ad libitum ad inſtar precarii revocare poterat. *l. 1. ff. de precar.* primò tantùm ad vitam recipientis concedebantur: deinde in filios, quos dominus prærogaret, deſcenderunt: poſtea ad omnes filios maſculos porrecta ſunt: tandem uſurpatum eſt, ut ad fratres fratrumque filios, qui patrueles & in quarto gradu ſunt, extenderentur: poſt iſta tempora ad ſeptimum usque gradum agnatorum ſucceſſio recipiebatur: hodie verò uſque in infinitum inter agnatos ſucceditur. *capite primo § & quia. qui feuda dare poſſunt.* Quæ pars ſpecialis includit ſucceſſionem feudi generalem, ut in feudis maſculi deſcendentes excluſa fœmina (ut infra ſuo ordine dicemus) ſuccedant. Ut autem generalis illa clauſula elucidetur, operæ pretium duximus ſucceſſionem in ſpecies reſolvere *argumento leg. item Labeo. § ait Prætorius ff. de injur.* quas per ſequentes concluſiones & diſtinctiones explicabimus. Concluſio prima; quod aſcendentes in ſtipite non ſuccedunt filiis ſeu nepotibus in feudum. *c. 1. de nat. ſucc. feud.* Feudum enim ab

aſcen-

aſcendentibus in deſcendentes defluit, & deſcēdit, nō autem aſcendit. In quo caſu diſtinguo: aut feudum eſt antiquū; aut novum: Si antiquū, & agnati ſunt in linea deſcendēti, qui ab eo, qui fuit acquirens iſtiusfeudi, deſcendunt ad proximum agnatum, maximè ad filiū vaſalli, ſi extat, devolvitur, ut infr. latius; *& Jacob. de Belviſ. in tit. de ſucceſſ. feud. verſ. hoc quoq;* aut nullus agnat⁹ vel filii extant, tunc ad dominū revertitur.

Novum autem feudum excluſis agnatis & aſcēdentibus, deſcendentibus non extantibus ad dominum revertitur, *d. c. 1. de nat. ſucc. feud.* niſi ex natura pacti venirent, ut infr. patebit. Quæ tamen regula reſpectu aſcendentium fallit, ubi pater feudum antiquum favore filiorum refutaret, qui vivo patre morerentur, feudum iterum ad patrem reverteretur, ut teſtatur *Præpoſ. in c. 1. de vaſal. decrep. ætat. alleg. Jacob. de Ard. in titulo de ſucceſ. feud. § aſcendentes.*

## SUCCESSIO DESCENDENTIUM.

CONcluſio ſecunda. Prima cauſſa ſuccedendi in feudis & filiorum deſcendentium eſt, adeò quod agnati, quàmdiu deſcendentes extant, non admittantur. *c. 1. de grad. ſucc. c. 1. Imp. Loth.* Euge, quorum deſcendentium ſucceſſio æqualis eſt, ſive æqualiter, ſive inæqualiter in bonis allodialibus patri ſuccedant. *d. c. 1. de ſucceſſ. feud. Bart. in l. ut jurisjurādi § ſi liberti. ff. de oper. lib.* eaq; lege, ut nepotes cum filiis in locum parētum per jus repræſentatio-

nis ſuccedant, quãtum ſpectat ad ſtipitis ſucceſſionem, *d. c. 1. in verbo ſolus de nat. ſucc. feud.* ſecus in transverſalibus, *ut infra.*

## SUCCESSIO COLLATERALIUM.

Tertia cõcluſio. Feudum antiquum ſeu paternum deficientib. deſcendentibus in collaterales, id eſt, agnatos proximos, qui ſunt deſcendentes primi acquirẽtis iſtius feudi, devoluitur. Exemplum; Titius acquiſivit feudum, & reliquit poſt ſe duos filios, qui mortuo patre efficiuntur collaterales: Sic eorum filii, q̃ ſunt in quarto, & eorum nepotes in ulteriori gradu, qui licet ratione Titii ſint deſcendentes, tamen inter ſe collaterales & agnati, adeò quod in ſuccedendo unus alterum, ſecundũ gradus prærogativam excludat, *ut Alvarot. in c. 1. § ſi Capitanei. de feud March. qui alleg. Bald. dicentem*, ultimo Comite ſine deſcendentib' mortuo, agnatum ad Comitatum admittendum, licet defuncto in milleſimo gradu eſſet, dummodo ſit deſcendens primi aſcendentis, & de ejus antiquo ſanguine, qui fuit feudi origo; licet nobiles in Germania in pleriſq; provinciis nitantur feudum, ſive ſit novum, ſive antiquum ad familiam, & omnes qui parium inſigniorum, nominis & generationis ſunt, devoluendum, non habito reſpectu, utrum acquirens ipſis in aſcendenti ſtipite, vel collaterali ſit conjunctus, conſuetudinem generalem allegantes. Eam autem adhuc nec judicio contradictorio, nec extra judi-

judicialibus actibus firmatam, ſed contrarium uſurpatum reperi. Fieri enim poſſet, ut dominus apertum feudum aliis de familia concederet, hoc tamẽ magis gratia, actibus voluntariis non inducentib' conſuetudinem, *ut per Dec. conſ. 437.* quam vigore conſuetudinis, (quæ non eſt) factum eſſe cenſeretur. Et dato, quòd in provincia localis cõſuetudo ſit, ad aliam tamen ꝓvinciam in præjudicium Prȩſidis & domini feudorum non extenderetur, *per not. per Dd. in d. l. de quibus ff. de leg. Decius conſ. 483. parte 4.*

## DE REPUDIATIONE HÆREDITATIS PATERNÆ.

CONcluſio quarta. Aut feudum eſt hæreditariũ, id eſt, pro ſe & hæredibus, non filiis hæredibus, aut filiis & hæredibus conceſſum: Aut non, ſed ꝙ vaſallus ſibi & liberis vel filiis, ſivè pater ſibi primò & tandem per intervallum filiis inveſtituram providiſſet, *per gl. fin. in l. Seia. ff. de don. cauſ. mor. Bald. in d. c. 1. an agnati.* vel pro me & meis hæredibus acceptum, eò quòd hæredis appellatio filium denominet. *gl. in l. ex facto § fin. ff. ad Trebell. & ibi vidend. Thom. de Ferrar. cautel. 37.* Ego tamen pro conſuetudine Patriæ contrarium teneo, appellatione hæredis & filium & hæredem includi, adeò quod ſi alicui & ſuis hæredibus foret conceſſum, aut ſimpliciter absq; mentione hæredis, cum ſubintelligantur, *Bald. Andr. de Iſern. & alii in d. c. 1. an agnati,* fi-

lius non poſſet repudiare, per ea quæ traduntur *per Jacob. de Belviſ. c. 1. de eo qui ſibi & hæred.* quia non præſumitur patrem voluiſſe filios eſſe capaces feudi, niſi eſſent hæredes. In primo caſu filii deſcendentes hæreditatem aſcendentium repudiare non poſſunt, & feuda retinere, ſed utrumq; aut acceptent aut reijciant, *c. 1. an agn. vel fil. & ib. Dd.* ſive feudum ſit novum, ſive antiquum.

In caſu autem ſecundo, cum ibi veniant principaliter ut filii, non ut hæredes, poſſunt hæreditatẽ repudiare, & feuda retinere *per Dd. in d. c. 1. an agnati.* Quæ diſtinctio etiam in bonis Emphyteuticis locum habet, *ut latè per Alvar. & Præpos. in d. c. 1. an agnati:* quæ tamen concluſio, ut unum absque altero retineri non poſſit, limitatur aliquibus modis: Aut filii hæreditatem paternam adierunt, poſtquã legi ſatisfactum, & creditoribus proſpectum eſt, feuda repudiare poſſunt, *Bald. in d. c. 1. an agnati. facit c. de vaſall. qui contra Conſtitutiones Loth.* Aut filius in re certa paternorum bonorum, vel ſaltem legitima inſtitutus, extantibus hæredibus univerſalibus, tunc repudiat, retento feudo, hæreditatem, quia ad onera non tenetur. *l. 1. § ſi ex fundo. ff. de hæred. Inſt. l. ſi quis priore. ff. ad Trebell. l. quoties. C. de hæred. Inſt. Bald. c. 1. de ſucc. feud. & alios, ibi.* ad quod benè facit *text. in l. 1. & 2. ff. quod cum eo.* Aut filius eſt præteritus: In quo diſtinguendum puto; aut non vult impugnare teſtamentum, & retinebit feudum: *Bald. in d. c. 1. an agn. verſ. quid ſi filius:* aut impugnat, tunc ſecus.

EXHÆ-

## EXHÆREDATUS.

AUt iuſtè eſt exhæredatus, quę cauſſa ignominiam infligeret, ille nō ſolum ab hæreditate, ſed feudo arcetur. Eſt enim conſequentia bona à feudis ad allodium, ut ex quibus cauſſis filius exhæredetur, ex iisdem feudo privetur. *c. 1. § prædictis quæ fuit prim. cauſſa benef. amit.* maximè quando in Curia Domini ob iſtam cauſſam ſtare non poſſet *c. 1. an ille qui interf. fratr.* Ex quibus deciditur: aut teſtamentum irritatur, & retinetur feudum: aut ex teſtamento aditur hæreditas, & non ſuccedit; per ea, quæ traduntur *per Jacob. de Arden. in ſim. ſub rubrica; An filius emancipatus ſuccedat in feudo?* qui ad partes arguit, quem ſequitur *Alvarot. in c. 1. coll. 12. n. 12.* quia præſumitur iuſta cauſſa exhæredationis. Quæ reſtringūtur in feudo antiquo vel paterno cum iſta diſtinctione: aut tale feudum ab avo ad patrem devolutum eſt; aut ad nepotem patre præmortuo. In primo caſu locum habent ſuperiora. In ſecundo, avitum feudum filius exhæredatus retinebit, quia non ſuccedit ex perſona exhęredantis, ſed avi. *arg. l. filius fam. § cum pater. ff. de leg. 1. & per Alvar. loc. præall. Idem Jacob. de Ard. ſub rubr. de ſucceſſ. feud. col. 14. vers. Item quæritur.* niſi pater ex iniuſta cauſſa vel impia mēte exhæredaverit, & filius acquieverit huic; tunc indubitanter retinebit, quia ratio punitiva vel prohibitiva non obſtat, *per l. multi. ff. de lib. & poſth. l. non putavit. § ſi quis ſua. ff. de bon. poſſ. contr. tabulas* Fallit etiam

in caſu, ubi filius renuntiaſſet juramento paternis bonis in patris vita, *juxta c. licet, de Jurejur. in 6. c. quamvis de pact. eod. Dd. in l. pactum C. de collat.* Quę renuntiatio non extenditur ad feuda, quantumcũque verba ſint generalia, ubi filius nõ obſtante renuntiatione retinebit feudũ, *arg. c. 1. § in generali ſi de feud. cõtr. fu. Bald. in d. c. 1. an agn. vel fil.* Quem caſum contra Magnatem in practica habui & obtinui. Quæ videntur locum habere etiam in filia, ut non obſtante renuntiatione in feudo fœminino, vel Emphyteuſi ſuccedere poſſit. Itidem erit, ſi beneficio inventarii adiviſſet hęreditatẽ, *ut ſup. in materia teſtati tactũ.* Sextò, fallit in feudo avito, ꝙ nepos mortuo patre & ſuperſtite avo retinere poteſt, & patris hæreditatem repudiare, quod non venit ex patris, ſed ſua perſona ad hoc feudum. *Bald. in c. 1. an agnat. & idem in l. qui ſe patris. C. unde lib.* Septimò, aut nihil eſſet in bonis patris, ſi quidem ne egeat filius, feudum retinebit, & non revertitur ad agnatos. Contra æquitatem enim eſſet, agnatis magis quàm filiis conſuli, *vidend. Præpoſ. in d. c. 1. an agn.* Octavò, limitatur non procedere in feudo nõ recto & degenerante. *Bald. alleg. Jacob. d. c. 1. de eo qui ſib. & hæred.* Nonò, ſi conſentientibus agnatis, filius de novo inveſtiatur, tunc impunè repudiabit. *per text. in c. 1. an agn.* Decimò, regula repudiatoria in arrogato & adoptivo locum non habet, cum patribus civilibus ſuccedere in feudo nõ poſſint. *c. 1. § adoptivus, & ibi gl. & Dd. ſi de feud. contr.*

AGNA-

## AGNATORUM SUCCESSIO.

COncluſio quinta ex ſuperioribus oritur, quam ponit *Jacob. de Ard. de Rubr. de ſucc. feud. col. 14. ꝑ limitatione*, & admittit agnatum repudiata hæreditate ad feudum. *Alvar. & Dd. in d. c. 1. an agnat.* cujus ratio viva *ꝑ Alvar. & Dd. ibi* allegatur, quia agnatus non venit ex demortui vaſalli perſona, nec ejus beneficio, ſed ex primi domini concedentis liberalitate & munificentia, tùm perſona primi acquirentis, qui fuit origo & parens communis ſtipitis, cui agnati ſuccedent: Fructus autem feudi, ſecundum diſpoſitionem *c. 1. hic finitur lex.* in onera hæreditaria diſtribuuntur, *ut Dd. in d. c. 1. an agn.* Et ita *D. Zaſius* ponat fallentiam ſuper iſto caſu in quo tamẽ ſubſiſtit, ut ſi alicui feudum ſimpliciter ſibi & ſuis hęredib⁹ eſſet conceſſum, qua appellatione etiam agnati compræhenderentur, ubi variant Dd. & maximè *Alvar. in d. c. qui ſibi & hæred.* quaſi etiam agnati eo caſu tenerentur utrumq; acceptare aut repudiare. In quo puto diſtinguẽdum: *ut ſupr. in 4. concl.* Aut ſunt deſcendentes, & tùnc ſuccedunt ex perſona defuncti, tanquam filii & hęredes: Aut agnati; & hoc verbum hæres reſolvitur, ut ſint hæredes primi acquirentis ratione feudi, & ita cum defuncto non, ſed primo progenitore, qui fuit caput communis agnationis, una perſona reputantur, huicq; ſuccedunt, ejusq; hæredes, non defuncti. Ergò id quod habent ex providẽtia primi progenitoris, poſſunt acceptare, & aliud repu-

diare, ut latè proſequitur hoc *Præpoſ. d. c. 1. an agn. in pr. n. 1.* Et moveor ex eo, quod, *ut ſupr. dictum eſt,* appellatione hæredis veniant ſolùm deſcendentes vaſalli, iis nō extantibus recurri ad agnatos, q̃ ſunt in aſcendenti linea collaterali, & reſpectivè deſcē-dētes hęredes primi acq̃rentis. Et ideò, cum agnati non pugnent de hæreditate vel jure defuncti, ſed propriè ex perſona ꝓgenitoris acquirentis, ad defuncti onera non obligantur, niſi conſentiant. Et ſicut defunctus inveſtiendo novum, niſi ſuis hæredibus deſcendentibus proſpexiſſet, pręſumitur. *l. ſi. pactum ff. de probat. c. 1. inf. de duob. fratr. à Cap. inveſt.* ita non cogitavit ad ſuam totam hæreditatem agnatos obligatos eſſe; & regulariter non tenetur ad debita feudis impoſita, ſed liberè vel ad agnatos vel dominum, *per jura & Doctores ſupra allegatos,* revertuntur. Conſultiſſimum tamen eſt, pro multarum controverſiarū reſecatione, ut inveſtituris iſta verba inſerantur; Nos concedimus Titio & hæredibus feudalib' iſta bona in feudum rectum maſculinum, ihme vnd ſeinen Lehenserben/ oder Leibs Lehens erben. Quandoquidem ego nihil dubitem, ſimplex verbum hæres, in iſtam ſignificationem in curiis reſolvi; illa tamen adjectio, dum non vitiat, non erit otioſa; *arg. eor. quæ tradunt. in l. teſtamentum & ibid. Bald. C. de teſtament. l. ſi. pupilli. § item ſi procuratori. & ibi Bart. ff. de neg. geſt.*

SUC-

# SUCCESSIO FRATRUM CUM PRÆMORTUORUM FILIIS.

EXPLicabitur per ſextam concluſionem iſtam. Nam ſi vaſallus moriatur, ejus fratres cum præmortui fratris filiis in ſtirpẽ, in feudo antiquo vel paterno ſimul ſuccedent. *c. 1. poſt princ. de grad. ſucc.* Aut defunctus utrobiq; nepotes ex fratribus reliquit, & hodie per conſtitutionem Imperii opinio *Azonis* evicit, quod ſuccedant in capita.

Concluſio ſeptima: Aut filius vaſalli mortui conſentientibus agnatis, ſuper feudo antiquo, tanquam de novo inveſtitur, tunc non exiſtentibus deſcendentibus, ad dominum revertitur. *c. 1. an agn. in fi.* Nam qui alii conſentit, jura ſua perdit, *Alvar. c. 1. § præterea. quib. mod. feud. amit.* aut mutavit naturam feudi absq; cõſenſu agnatorum, tunc mortuo filio hoc agnati revocant, non vivo. *Alvar. d. c. 1.* niſi ex intervallo & poſt facto ratificaſſent: tunc enim inveſtitura valeret. *c. 1. de al. feud. pat.*

Succeſſionẽ feudi novi tertia particula explicat per octavam cõcluſionem; ſiquidem in feudo novo frater fratri non ſuccedit, ſed ad dominum deſcendentib⁹ non exiſtentib⁹ pars media revertitur, *c. 1. de feud. ſucc. c. 1. infr. de feud. March.* etiamſi duo fratres de feudo novo inveſtirentur, quia alter alteri non ſuccederet, ſive unam, ſive duas habeãt inveſtituras, aut ſeparatim vel ſimul habitent. Unde mortuo fratre in ejus deſcendentes in infinitũ ſuc-

ceditur, iis autem deficientibus ad dominum, excluſo altero fratre, revertitur; fructus tamen inter ſimul habitantes communicarentur. *c. 1. de benefic. frat. c. 1. § & quia. qui feud. dar. poſſ. c. 1. de fratr. de no. ben. inveſt.* Quæ tamen regula aliquas diſtinctiones patitur: Aut tale feudum eſt indiviſibile, ſicut ſunt Juriſdictiones, Jus patronatus, & alia jura incorporalia; ut jus piſcandi: item ſervitutes reales, jus eundi. In hoc caſu portionis jus, altero ſine prole decedente, ad alterum fratrem revertitur ratione individui. *arg. l. cum liberto ff. de bon. lib. Bald. c. 1. de frat. no. ben. inveſt.* Quod tenet *Jacob de Belviſ.* iſto temperamento, ut frater, cui demortui fratris portio devoluitur, domino æſtimationem ſolvat. *arg. l. cũ filius ff. de leg. 2. l. is qui 40. ff. ad l. Falc.* Quam portionem redemptam vaſallus habebit Jure proprii, nõ jure feudi, *Alvar. in d. c. 1. verſ. ab extra.* & ſic præfertur vaſallus in redimendo domino, tùm ratione favoris beneficii, tùm quia debitoris eſt electio. *l. plerumq; ff. de Jur. dot.* In duobus tamen caſibus dominus præfertur, ſi feudum fratribus, contemplatione ſolius fratris præmortui, conceſſum foret, tunc totum feudum ad dominum reverteretur, ſalva mediæ portionis æſtimatione per dominum, *arg. l. 1. C. de com. ſerv. manu.* ut quia unus ſtrenuus, alter elumbis extitiſſet, *Alvar. d. c. 1. de fratr. de nov. ben.* Secundò, ſi jus vacantis portionis pinguius eſſet, quàm fratris ſuperſtitis, ſi quidem pars major ad ſe trahit minorem, dominus offerens æſtimationem

onem redimet totam. *l. ſancimus. § ne autem. C. de donat. Jacob. de Belv. & Alvar. in d. c. 1.* Aut fratres, domino permittente ſibi proſpexerunt pacto, ut alter alteri ſuccedat, quia tunc ad fratrem totum revertitur, excluſo domino, altero ſine deſcendentibus decedente. *c. 1. de benef. fratr. & d. c. 1. de fratr. no. benefic.* Aut feuda domino conſentiente communicaverint invicem, cum ipſa cõmunicatio ipſo facto vim pacti habeat: *arg. l. Paulus. ff. rem rat. hab.* Aut domino ſciente feudum de communibus bonis emtum eſſe, tunc alter alteri ſuccedet: *d. c. 1. de no. ben. fratr.* Aut domino ignorante; tunc ſecus: quod eſt notandũ. Ita intelligitur, *d. c. 1. in fin. de fr. no. benef.* Et probatur hæc diſtinctio *per gl. c. 1. § ſin autẽ unus, q feud. dar. poſſ.* Attamen fratri à domino pars pecuniæ reſtituetur. Quod ſi verò frater ſuo proprio nomine ex communibus bonis feudum emiſſet, alter frater non ſuccedet, ſed fructus communicantur, *ut per Alvar. d. c. 1.* quod de jure civili non eſt *l. ſi patruus. C. comm. utriusq; jud.* neque neceſſe eſt hoc caſu ſimul habitent, *gl. d. c. 1. de benef. fratr. no.* quã ſequitur *Bald. & Præpoſ.* licet *gl. in c. 1. § quia. qui feud. dar.* diverſum ſentiat: tamen malè; quia æquitas & cõſuetudo patriæ contrarium *cum gl. 1.* tenent. Idem per omnia dicendum, ſi frater ſua pecunia, ſuo & fratris nomine emat domino ſciente: Aut feudum Titio & Sejo fratribus, & cuilibet in ſolidum conceſſum eſt, tunc alteri alter ſuccedet, excluſo domino per jus non decreſcendi,

id eſt, quod ſuperſtiti nihil juris decreſcat, *Bald. in c. 1. de ſucceſſi. feud.* Aut ſextò, feudum eſt Emphyteuticum, tunc pars decedentis fratris ad fratrem ſuperſtitem devoluitur, ſecund. *Mard. Laud. quem Alvar. in d. c. 1. de feud. ſucceſſ. allegat.* & huic ſubſcribit conſuetudo patriæ.

Jus accreſcendi an locum in feudis habeat? Diſtinguo: aut feudum eſt paternum; aut novum. In primo locum habet, ut traditur *per Alvar. d. c. 1. § & quia. qui feud. dar. poſſ. nu. 15.* Quod tamen intelligitur magis ſucceſſorium edictum, quàm jus accreſcendi, *ut in c. 1. de benef. frat.* Nam licet feudum acceptatum ſit, agnatis tamen jus ſuccedendi ſalvũ eſt. Quod etiam procedit, ſi in bonorum communium diviſione feudum paternum ad alterum ex fratribus, qui ſine hæredibus moriatur, perveniat; ſiquidem frater ſuperſtes in diviſione ſimplicem feciſſet refutationem, ut fit in diviſionibus: Feudum tamen fratris defuncti ſuperſtiti accreſcit, q̃a ſimpliciter refutando non intelligitur refutaſſe jus futurum, quia contra naturam refutationis eſſet: Et ideò frater cui facta eſt refutatio, decedente ſine hæredibus, feudum revertetur ad refutantem, non obſtante refutatione, *per Præpoſ. capite 1. Imperat. Loth. num. 3. 4.* niſi expreſsè cautum eſſet, ut frater tanquam de novo inveſtiretur, tunc deſineret eſſe paternum, in præjudicium refutantis & reverteretur ad dominum. *l. ſi familiæ. C. fam. erciſc.* In ſum̃a niſi expreſsè conſtet in diviſione, quòd refutans

futans renunciaverit juri futuro, feudum ad refutantem transmittitur, *p Præpoſ. ubi ſupr.* niſi in feudi refutatione actum fuiſſet, quod frater, cui refutatio facta erat, de feudo tanquam novo inveſtiretur; tunc enim eo mortuo ad dominum reverteretur, ceſſante jure accreſcendi. *Alvar. in cap. 1. verſ. quæro ſubſequenter Imp. Loth. Eug. Pap.* Aut feudum eſt novum, & regulariter non habet locum jus accreſcendi; niſi ſpecialiter expreſſum eſſet, tunc magis accederet virtute pacti, quàm jure accreſcendi, *per Alvar. d. c. 1. § & quia. num. 15.* Quod autem in liberalitate Imperatoria non procedit. Nam duobus Jurisdictio vel caſtrum conceſſum, alteri accreſcit portio demortui. *arg. l. fin. ff. de conſt. princ. et Alv. in d. c. 1. de benef. frat.* q omninò pro conſueta patriæ diviſione ſummo ſtudio comemoranda.

Succeſſio inter collaterales ex pacto, nona concluſione deciditur, ut ſi feudum eſt novum, & pactũ eſt, ut alter alteri ſuccedat, tunc illa ſucceſſio in deſcendentibus in infinitum recepta eſt: In transverſales autem non niſi in ſeptimum usq; gradum incluſivè. Ita voluêre *Bald. Alvar. Præp. in d. c. 1. § et quia. qui feud. dar.* Et fortè ex iſtis rationibus, ſiquidem feudum de novo acquiſitum in deſcendẽtibus paternum dicitur; & ideò in infinitum extẽditur, ad deſcendentes primordia acquirentur iſtius feudi. *d. c. 1. de his qui feud. dar. § hoc quoq;.* Sin verò ex pacto in alium fratrem vel ejus ſobolem deveniat, & ut novũ feudum ad eam lineam devolua-

tur temperãda eſt ſucceſſio, ne in infinitum excurrat; cum ſufficiat ſi vel in paucis ex alieno compẽdio alicui conſulatur. *l. tutori. C. de neg. geſt. cum mult. al.* Ego tamen *textum d. c. 1.* ſic intelligo, ut ita Mediolani uſurpatũ, id eſt, pręſcriptum ſit, *ut Alc. vult. de V. S.* non principaliter pro Jure receptum. Quare non arbitror iſtam uſurpatam deciſionem pro jure recipiendam, nec ad Germaniam noſtram extendendam; maximè cum præſcripta ſint odioſa & non odioſa, *per l. vulg. lib. 6.* atque duriſſimum eſſet in Germania noſtra obtinere, ut hoc Anno quidam Epiſcopus ex hac ſtricta conſuetudine aliquot præeminentibus Nobilibus feuda tanquam ad Eccleſiam reverſa, & quod iſti fuerint defuncto ultra ſeptimum gradum conjuncti, derogavit, tandem meliori conſilio motus, eos inveſtivit: & fortè quod iſti agnati prætendebant feudum eſſe antiquum, cui acceſſerat juris præſumtio, ut ſi perpetua quadam fœcunditate feudum ad deſcendentes devolutum eſſet, tandemq; ad ultimum perveniſſet migrantem absque ſobole: certè propter præſumtionem juris agnatum eſſe admittendum, etiamſi centeſimo gradu defuncto fuerit conjunctꝰ: niſi dominus probaret ex agnati perſona feudum eſſe novum, cumq; ultra primi acquirentis gradũ ſeptimum. *Bald. c. 1. de feud. March.* In quo tamen pro complemento ſciendum eſt, ſi frater pro ſe & fratris filiis feudum acceptaret, mox acquiritur dimidia pars filiis, *Bald. in l. acutiſſimi C. de fideicom.*

niſi va-

niſi vaſallus ſibi, & poſt mortem ejus filiis fratris obtinuiſſet, quo caſu filii vaſalli præferuntur, *Alvar. c. 1. de eo qui ſib. & hæred.* quia tacitè filii vaſalli ſubintelliguntur, *per d. l. ſi. pactum. ff. de probatione cum vulg.*

## DE FOEMINARUM SUCCESSIONE.

QVarta particula ſpecialis tractat, & receptiſſima regula eſt moribus feudorum, Fœminas non ſuccedere in feudis, etiamſi feudum cõceſſum eſſet vaſallo & hæredibus ſuis, cum appellatione hæredum in re feudali ſoli maſculi veniant. *c. 1. § hoc autem. qui feud. dar. c. 1. § filia de feud. ſucc. c. 1. cum gl. & § & ſi clientulus, ibi Bald. & aliis de feud. al. cum mult. aliis.* Ratio quia ad pugnam & militaria fœminæ non ſunt habiles; licet aliquæ inventæ ſint, ut Camilla Vergiliana & Amazones; eſt tamen de rarò contingentibus. *l. nam ad ea ff. de ll.* Item nec ſecreta retinẽt, earumque cõſilia fragilia. *c. forus. Ext. de V. S.* quę *Andr. d. § hoc autem,* latius proſequitur. Ita nec earum filii vel ex eorum nexu deſcendentes ad feudum aſpirare poſſunt; cujus ratio eſt, quod nemo plus juris in alium transferre poſſit, quàm ipſe habeat. *l. nemo ff. d. R. I. cum vulg.*

Feudum emtum an admittat fœminas? Hic incidit dubitatio haud vulgaris, & quæ apud nos neceſſaria eſt, utrum in feudo emto fœminæ ſuccedant, vel non: ut putà, Titius emit feudum à Do-

mino, ſuper quo inveſtitus eſt à ſe ſuiſq; hæredibus, an maſculis non extantibus admittatur fœmina, vel revertatur ad dominum: qui modus difficilis exquiſita explicatione eget, *Odofr. in ſua ſum. feud. in titulo quæ poſſ. ſucceſſ. in feudis*, indubitanter tenet, quod fœmina ſuccedat, magis enim eam ſuccedere vi & natura cõtractus venditionis, quàm feudi; quem videtur ſequi *Bald. in c. 1. § & quia. qui feud. dar.* nihil tamen adfirmat. Idem *Præpoſ. in c. 1. verſ. quæro dominus feudi. in tit. quæ ſucc.* ubi poſt *And. Iſern.* voluit emtum feudum penes emtorem & liberos remanere, & non reverti ad dominum: In caſu autem diverſo: Loquitur enim, quando feudum eſt emtum conſentiente Domino à vaſallo, & vaſallo primo moriente, id eſt, venditore, an revertatur ad dominum vel maneat apud emtorem & ejus liberos, *ut ibi plenè.* Idem ꝓſequitur *Dec. conſ. 390. p. 3.* Contrarium autem tenent *Andr. de Iſern. Mart. Laud. d. c. 1. § cum verò § et quia vidimus, q. feud. dar. poſſ. Jacob. de S. Georg. in gl. verbi, & fœminis in 6. fallent.* qui dicit in quæſtione facti ſe vidiſſe contra opinionẽ *Odofr.* judicari: quam opinionem etiam *Bald. d. c. 1. § & quia* recitando eam reprobare videtur. Idem cæteri feudiſtæ *Alv. Præp. & alii* iſtam nõ curaſſe viſi ſunt, dum nullam mentionem faciunt, tanquam notatu dignam (ut *Bald.* ait) ſi vera fuiſſet: Ea enim q̃ notatu digna ſunt, ſi tacentur, ꝓ neglectis habentur. *l. item apud Lab. § hoc edictum ff. de injur.* cui & ego generaliter adhæreo. Certũ enim eſt, na-

eſt, naturam ſucceſſionis in feudis non mutari, niſi pactis expreſſis, *d.c.1. de frat. de no. ben. c.1. inf. de feud. March.* Conſtat autem, quod feudum emtum nō ceſſat eſſe feudum: *gl. c. 1. & ib. Alvar. de benef. frat.* Ergò naturam ſuam retinet. Cur enim, q̄ non mutatur, ſtare ꝓhibeatur. *l. ſancimus. C. de teſtam.* præterea licet *gloſſ. c. 1. & ib. Dd. Jacob. de Bella. Nicol. de Neap. de benef. frat.* hanc opinionem controverterint, tenuerintq; dominum recepta pecunia feudū concedere non poſſe, *per textum in cap. 1. ad finem de feud. dat. in vic. leg. commiſſ.* ubi dicitur *feuda ex amore & honore domini, non ſub prætextu pecuniæ acquiri.* Diverſa tamen opinio ſuperius recitata evicit, pro qua ſunt multi *text. c. 1. quemadmodum feudum à fœmin. per c. 1. in pr. de inveſt. in marit. fact. c. 1. de nat. feud. Claud. in ſum. feud. de defin.* Quam opinionem tenet *D. Zaſius* temporis noſtri *Scævola* recolendæ memoriæ, *conſ. 13. n. 88. Idem conſ. 13. n. 26. lib. 1. Idem in tract. feud. de feud. ſucc. fol. 56. verſ. ſuper ſecund. part.* quæ latius proſequitur *idem in part. 12. fol. 116.* Pro confirmatione horum *ſupr. in pr.* dictum eſt, quæ feudi ſint ſubſtantialia, quæ naturalia. Et certum eſt, quod pecunia ſit contra naturam feudi, cum ſit gratuitū, non autem ſubſtantiam, cum juramentū fidelitatis præſtetur domino. Ergò licet naturalia deſtruuntur, ſubſtantialia nihilominꝰ in feudo incorrupta remanent. Ex ſeparatis enim non infertur .i. ut vaſallꝰ ſit Domino fidelis & feudū à domino recognoſcat, directumq; dominiū penes domi-

num remaneat. Et ideò rectè feudum à fide, tanquam ſua ſubſtantia & vita denominatur. Ex quibus conclud. Dd. hoc feudum ad maſculos tranſitorium eſſe, & ex iisdem culpis quibus alia amitti & ad dominum reverti. Ex quibus ſubſequentes diſtinctiones colligo pro Concordia ſupradictorum. Aut vaſallus præſtat juramentum fidelitatis: aut non. In primo procedunt ſuperiora; In ſecundo non, ſed magis eſt contractus venditionis, quàm feudi, cum & ſubſtātia & natura deficiat, & in iſtis bonis ſuccedit fœmina, ſicut maſculus, quod approbat *Dec. conſ. 139. p. 1. in f. verſ. ſi quis com.* vel quid ſimile emiſſet, pro quo ſingulis annis ſaltem cēſum ſolveret, in hoc fœmina ſuccederet. *p. Jacob. de S. Georg. præall. loc.* Quod tenet etiam *Bald. in c. ſignificavit de reſcr.* Is enim contractus magis eſſet cenſualis quàm feudalis. Secundò diſtinguo: Aut feudum eſt emtum à vaſallo cum conſenſu domini; Quo caſu ſub diſtinguo, aut dominus conſentiens conceſſit emtori eo jure, quo venditor habuit, & hōc jus expreſsè reſervavit; aut ſimpliciter conſenſit. In primo caſu, mortuo venditore & ejus hæredib⁹, feudum revertitur ad dominum excluſo emtore & ejus liberis. Et eſt mirabilis caſus, quem ego cōtra Reverendiſſimum Epiſcop. N. patrocinando nobili in practica habeo: diverſa tamē reſervatione, de quo *Andr. de Iſern. & poſt eum Præpoſ. in d. c. 1. qui ſucced.* In ſecundo caſu, feudum decedente venditore & emtore, abſq; hæredibus maſculis, ad

domi-

dominum revertitur: imputet enim ſibi, &c. *l. veteribus ff. de pactis.* Aut eſt emtum à Domino pecunia; in quo ſubdiſtinguo: aut emtor moritur, relicta ſola filia; aut hærede maſculo in quem feudũ transtulit. In caſu primo: aut filia aliâs non habet, unde vivat: vel pater non ſperavit, aut cogitavit de alio hærede, quàm de filia. *arg. per ea quæ trad. p Bart. & alios Dd. in l. qui in futurum. § ſi ex altera ff. de pact.* In hoc caſu ne dominus ob unam duas lucrativas cauſſas cum filiæ detrimento recipiat, ſcilicet pretium, quod ad filiam pertinuiſſet feudo non emto, & bona feudalia, *§ ſi res aliena. Inſtit. de leg. & per ea quæ ſupr. tradita ſunt, de redemtione feudi novi*, arbitror filiam aut ad feudum; aut ad pretium admittendam: puto tamen electionem domini, tãquam debitoris eſſe, filię feudum concedere, aut reſtituere pecuniam, ne indotata maneat: *arg. ff. res quæ. C. Com. in de leg.* Eſſet enim contra bonam fidem & rem & pretium tenere, *argum. eorum quæ trad. per Bald. c. 1. de contr. int. dom. & emt.* Aut filia eſt aliâs opulenta ex bonis patris facta: aut cogitavit emtor de hæredibus maſculis extantibus, vel de futuro progenituris, (ut ſi habet uxorem juvenem) tũc apud dominũ puto remanere: In caſu autem, quo ad maſculũ ſemel devolutum eſt excluſa filia, tunc ex regula communi, fœmina ſemel excluſa, in perpetuum manet excluſa. *c. 1. § quinetiam, in tit. Epiſc. vel Abb. & ibi Dd.* Et caſui ſupradicto ſubſcribit conſuetudo patriæ, æquitas dictat: præſumitur

enim quis ſuis hæredibus magis quàm extraneis proſpexiſſe. *l. ſi pactum ff. de prob. cap. 1. in fin. de duobus fratrib. à Cap. inveſt.* ſi quidem parentes pro liberis conſilium capere & eis prodeſſe, ſuamq; cognationem alienæ ſucceſſioni præferre velle rectè præſumuntur, ut dicit *Bald. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. cum ib. not.* Quandoquidem nobiles noſtri enixè nitantur, nō ſolùm filios, verùm omnes alios hæredes ab inteſtato venientes feudi emti capaces eſſe. Conſuetudinē autem hactenus non vidi probatam, nec unicum actum, niſi Præſides & domini feudorum iſtorum inſtantiis acquieſcant: Quæ ſimiliter obſervātur in eorum filiis; deſtructo enim antecedēte, deſtructum eſt ſubſequens. *l. 1 ff. de off. ejus cui mād. &c. Bald. c. 1. § et quia. de his qui feud. dar. n. 12.* Et radice remota, removetur omne conſequens ex ea, per *Laud. d. § & quia. qui allegat. l. un. C. de bon. mat.* Mater removetur. Ergo filius. Quæ tamen regula, quæ fœminam excludit, aliquot caſibus fallit; Primò, ſi pacto proviſum eſſet de fœminarum ſucceſſione, de quo *infr.* Secundò, ſi feudum eſſet maternum. *c. 1. de feud. fœm. & ibi Dd.* quia qualitas fœminea nullo dato obſtaculo durare præſumitur: ita *Bald. Alvarot. Præpoſ. & communiter omnes. c. 1. de nat. ſucc. feud.* Et ita non obſtat ratio diverſariorum, quia licet fœminæ, ſi ſemel maſculorum obſtaculum habuiſſent, excluderentur; ſi tamen ab initio non habuiſſent obſtaculum, tunc ſecus; de quo vidend. *Alvar. d. c. 1. de feud. fœm.* qui caſus notabilis

eſt &

eſt & multum practicatur. Tertiò fallit, ſi filiam vaſalli domin⁹ mortuo patre inveſtiret; vel ob benè merita patris, vel quòd pecunia redemerit à domino; quo caſu parentes nec revocare, nec filiam in eo damnificare poſſent, ut eſt *text. cap. 1. quemadmodũ feud. ad fil. per.* Et licet aliqui Doctores intelligant parentibus, id eſt, agnatis; Ego tamen cum *Jacob. de Ard. ſub Rubr. de ſucceſſ. feud. coll. 4.* transeo; ꝗ loquatur *textus* de parentibus domini inveſtientis, ad quem me remitto; cum certúm ſit dominũ non poſſe feudum concedere alteri in prejudicium agnatorum, qui revocari poſſint. *c. 1. § hoc quoque de feud. ſucceſ.* Et hoc videtur littera *d. textus* innui, ubi diſponit beneficium patris filiam non habere, quaſi morte vaſalli ad dominum reverſum eſſet. Nam ſi beneficium patris fuit; Ergò novum; in quo agnati *ex ſuprad.* nullum jus habent. Sin antiquum vel paternum eſt beneficium primi progenitoris, principaliter tandem per ſucceſſionem in deſcendentes defluxit, *per ea quæ ſupra. ad longum allegata ſunt.* Ex quibus indubitanter diſtinguo: Aut feudũ eſt novum & apertum domino, & conceſſio in filiam valet: Aut eſt paternum vel antiquum; & ſubdiſtinguo: aut omnes agnati conſenſerunt: aut aliqui. In primo caſu ſubdiſtinguo; aut tacitè, aut expreſſè. In caſu primo, ſi fuerint præſentes & tacuerunt, præſumuntur conſenſiſſe. *argum. l. 2. ff. de Jud. l. per errorem ff. de Jurisdict. l. 4. § fin. ſi quis caut. § ſi vaſallus feudum § vaſallus ſi feudum. ſi de feud.*

*cont.fuer.int.dom. et agn.* Quo caſu diſtinguo, aut cō-ceſſio facta eſt remotiori agnato, aut extraneo: In primo, poſt annum proximior agnatus; In ſecundo poſt 30. annos, non admittitur, *d.c.1.§ Titius filius. Si de feud. contr. fuer. int. dom. & agn. & gl. ſuper verb. per annum, ibid. l. 2. ff. ſol. matr. l. honores § fin. ff. de Decur. l. qui tacet. de R. I.* niſi jura ſua neſciat & de ignorantia doceat; quod arbitror fieri poſſe per juramentum. *arg. eor. quæ trad. per Jacob. de Ard. ſub rubr. Alienatio intelligitur, verſ. dummodo:* Aut abſens admonitꝰ non contradixerit: ſecus ſi cōtradixiſſet. *arg. l. ſi. eo C. de remiſſ. pignor. l. ſi. filiusfamil. ff. ad S. C. Maced.* Sin autem expreſsè conſentit, tunc clarum eſt, quod nullum habeat agnatus regreſſum ad repetendum feudum: *Jacob. de Ard. per multa jura ſub rubr. de ſucceſſ. feud. allegans. c. 1. § præterea, de cōtr. feud.* ille enim non videtur fraudari, qui ſcit & cōſentit, ſed ſua jura conſentiendo perdit. *l. cum quidam. C. de adm. tut.* An autem recuperent agnati feudum pretio? In quo diſtinguo: aut vaſallꝰ decedit abſq; hærede maſculo, aut cum hærede. Primo caſu, nō oblato pretio revocant, cum nihil obſtet illis. In ſecundo offerunt pretium, cum illi tanquam agnati & hæredes vel filii vaſalli factum mortui revocādo improbare nō poſſint. *c. 1. § Titius filios; ſi de feud. cōtr. fue. int. dom. & ag. de quo infr. de feudi al. ſept. princ. fall.* & idem ꝑ ſequitur *Jacob. de Ard. ſub rubr. utrùm reput. agn. conſ.* Quartò fallit in conſuetudine, quæ fæminas cum maſculis admittit, & quod conſue-

tudo

tudo deroget conſuetudini ſcriptæ. latè approbat *Dec. conſ. 586. p. 4.* In quo puncto quæſtio incidit, an unius familię cõſuetudine induci poſſit, ut fœmina in feudis ſuccedat? *Fr. Curt. in 3. p. princ. 8. limit.* ad partes arguit, nihil tamen firmi decidit. Item *Jaſon. in l. omnes pop. n. 42.* Ego puto cum D. Zaſio diſtinguendum eſſe; aut feudum hoc ipſa familia conferre poteſt, ein Hand Lehen/oder gemeine Lehen/ eò ꝙ antiquior de familia ad libitum poteſt, cuicunque voluerit, concedere, neq; ratione accipientis volũtarium ſit, ſecund. Franciæ Orientalis conſuetudinem: licet etiam apud nonnullos hæreditarium ſit, pro Germaniæ moribus; tunc ſi ab antiquo ꝓvenit, conſentientibus agnatis, non poteſt mutari, ut alteri, quàm hactenus conſuetum eſt, vel concedatur vel cõcedi permittatur; quem caſum in practica habui. Sin autem novum eſt, tunc conſuetudo recipienda ꝑ familiam introducta: Aut feudum conceditur à ſuperiore alicui ex familia, & per familiam in præjudicium domini nulla poteſt introduci conſuetudo. *per l. non debet. ff. de R. I.*

Feudum francum an admittat fœminas? Breviter tranſeo cum *Mart. Laud.* quem ſignanter allegat. *Fr. Curtius in 5. limit. 3. part. princip.* fœminas perinde in feudis emtis, ſicut in liberis non admitti, potiſſimè cum obſtet illis ſubſtantia, id eſt, fidelitas cujus nõ ſunt habiles, licet alia naturalia adeſſent. Quandoquidem enim libera ſit diſpoſitio eorum, dummodo dirigatur in eum, qui domino

ſervire poteſt, de quo puncto remitto me ad *Laud.* *§. et quod. qui feud. dar. poſſ. Jaſon de feud. coll. 33. 34. 35.*

Concluſio ſecunda, Wir leihen dir vnd deinen Erben/ Söhnen vnd Töchtern/ id eſt, concedimus tibi & heredibus tuis, maſculis & fœminis: Hoc caſu filius præfertur, ſi extat; ſin minus, filia ſuccedit, licet copulativè inveſtiantur. *c. 1. § quin etiam, & ibi Alvar. Epiſc. vel Abb.* Et ſic iſta copula ordinē ſucceſſionis non æqualitatem demonſtrat, ut in ſimili *in l. Gallus § quidam rectè ff. de lib. & poſth.* niſi feudū eſſet conditionatum, id eſt, ad certum ſervitium obſtrictum; tunc enim fœmina, ſicut maſcul9 ſuccederet, quia poſtquam pacto ita placuit, non obſtabit natura feudi, quam partium conventio moderatur. *arg. l. Titiæ uxorem. § nihil de legat. 1. & Jacob. de Belviſ. Nov. de non alienand. § Emphyteuſi*, dummodo mentio fœminæ facta ſit, ſecundum. *Præpoſ. d. § quinetiam.*

Simul ſuccedunt, quando tibi & hæredibus fœminis & maſculis, aut fœminis ſicut maſculis conceiſum eſt, dir vnd deinen Erben/ Töchtern vnnd Söhnen/ oder den Töchtern als den Söhnen; tunc ergò, ex vi inveſtituræ qua denominatur. *cap. 1. de duob. fratr.* meritò ſimul ſuccederent, ſi quidē verbis apertis non eſt opus aliqua conjectura, tanquā in re ambigua, *arg. l. continuus. § 1. ff. de V. O.* Cæterum ſi inveſtitura diceret fœminis cum maſculis, deinen Töchtern vnd den Söhnen / tunc limitatio non procederet, ſed regula obſtativa locum haberet:

ret: præpoſitio enim *cum* ad perſonas principales, id eſt, filios non cohærentes, id eſt, filias poſita copulat. *p l. Titiæ § nihil. ff. de leg. 1. l. ſi. quis inquilinos. eod.*

In ſimultanea inveſtitura fallit tertiò, ut ſi duobus fratribus & eorũ hæredibus maſculis & fœminis eſſet conceſſum, nam uno fratre decedente relicta filia illa, excludit alterum fratrem patruum, & ejus filios, quia iſta pluralitas ſibi eorumq; hæredibus in duas ſingularitates reſolvitur, fratri cuilibet & hæredibus: nam uterq; ſuis hæredibus proſpexiſſe intelligitur. *c. 1. in fin. de duob. fratr. Alvar. d. § quinetiam.*

Concluſio tertia, ut ſi vaſallus de feudo pro ſe & hæredibus ſuis maſculis cum pacto, quod deficientibus maſculis fœminæ ſuccedant, inveſtitur; donec exſtat maſculus, ſive per maſculinam, ſive fœmininam lineam à primo inveſtito deſcendat, fœmina non vocatur, *c. 1. de eo qui ſibi & hæred.* Hic enim non curamus quo tramite defluat, ſed quo principio & origine nitatur. *Alvarot. d. cap. 1. & alii Dd. in d. § quinetiam.* Et iſta copula importat ordinem ſucceſſionis, non æqualitatem, *d. l. Gallus.* Idem ſi vaſallus duas filias relinqueret, quarum una filium, alia filiam haberet, filius ſolus ſuccederet, excluſa amita, ſecundum opin. *Gerard. c. 1. § ſimiliter 1. et 3. reſponſo, cum gloſſ. de cap. qui curiam vend.* Idem ſi vaſallus duos relinquat filios, quorum uni ſit filius, alteri filia, filius præfertur. *d. § ſimiliter.* Idem ſi vaſallus ſolam filiam relinquit, quæ marito

nupſit, & duos filios procreavit, Titium & Sejum, & Titius moritur duabus filiabus relictis, Sejus poſtea vita defungitur, maſculo relicto; quo caſu ad maſculum pertinet, excluſis patrui filiabus, quæ fuerunt conſobrinę cum maſculo, licet *gl.* nominet eas germanas; & ea ſola ratione, quia in feudi ſucceſſione non poteſt locus patere fœminæ, donec maſculus extat etiam à latere ex eo vaſallo, qui feudum primo acquiſivit. *d. c. 1. de eo qui ſib. & hæred.* niſi (ut arbitror) maſculus propter aliquod impedimentum non concernens perſonam domini, ſed ipſius filii, non admittendus eſſet, tunc fœmina, quæ non excluſa eſſet, admitteretur. *Dec. conſ. 296. f. 75. 2. p.* Idem ſi iſta filia ſuſtuliſſet filium & filiam, & nepotem ex filio, filio mortuo, excluditur amita, id eſt, patris ſoror. Sic etiam per patrem nepotis qui fuit pater amitæ. *Jacob. de S. Georg. in d. § & fœminis.* Aliũ caſum fingamus: Filia primi adquirentis reliquit poſt ſe duas filias Titiam & Sejam, q̃ ſimiliter & æqualiter in feudũ ſucceſſêre nullo extãte maſculo; ſoror Titia morit̃ filio relicto. Quæritur, an is materteram Sejam excludat, in quo ipſa antea ſucceſſerat? *Dd.* variant. Communis tamen opinio eſt, quod matertera per nepotem ex ſorore in portione ei quæſita non excludatur. Jus enim legitimè quęſitum non debet ex poſt facto irritari, neq; ex eventu reſolvi. *l. ſancimus. C. ad Trebell. cum con.* Regula enim obſtativa locum habet in jure acquirendo, ſecus in jure acquiſito perdendo, ꝓ qua

doctrina

doctrina *text. eſt in d. c. 1. de eo qui ſib. l. id quod noſtrũ. ff. de R. I.* Quę rediguntur ad ea quæ ſupra diximus, ut filius filiam excludat in jure acquirendo, ſecus acquiſito perdendo. Dominia enim ſemel obtenta cenſentur perpetua. *l. ſive. C. de probat.* licet. *Andr. de Iſern. in d. cap. 1.* contrarium teneat, nulla tamen prægnanti ratione. E regione in recognitionibus ſupra dicta locum habent, ut feudum à fœmina nõ recognoſcatur, donec maſculus extet, *per Alvar. Præp. & Dd. in d. c. 1. de eo qui ſib.*

Concluſio quarta, excludit fœminam in perpetuum, ſi ſemel fuerit per maſculum excluſa, ejusq; ſobolẽ, maſculos & fœminas. Deſtructo enim antecedente, &c. *l. 1. ff. de offic. ejus cui, &c.* Unde ſi vaſallus filium & filiam relinqueret, quo caſu filius feudum acquirit, qui cum ſine hærede moreretur, jam feudum non devolueretur ad ſororem, ſed ad dominum reverteretur; ita conſuluêre *Calder. cõſ. 4. in tit. de feud. Paul. Caſtr. conſ. 35. Petr. de Anch. conſ. 221. Bald. in ff. ſi quis. in l. de quibus. C. de ſecund. nupt. d. c. 1. § quinetiã. Epiſc. vel Abb. c. 1. § filia. de ſucc. feud. c. 1. § ſimiliter de prob. feud. al. per Loth.* Idem *Dec. cõſ. 87. p. 1. f. 68.* adeò ꝙ mors fratris ei nõ patrocinetur. Idẽ *Bald. in d. § quinetiam. ibid. Præpoſ. f. 26. Alvarot. f. 20.* Idem videtur velle *Andr de Iſern. d. § f. 16.* licet *Laudenſis in d. §* contrar teneat; cui obluctatur cõmunis opinio. Quæ tamẽ doctrina reſtringitur, ut locum tantùm habeat ſi filius mox poſt parentis vaſalli, mortem moreretur, quia tunc filia non cenſetur

excluſa, ut vult *gl. d. § quinetiã.* pro qua *Alv.* allegat *l. filio. de injuſtit. rup. teſt. l. fin. § ſed quia C. de leg.* Non enim dicitur vivere qui illicò obiit, per *alleg.* quæ approbantur *per Jac. de Belv. Raimold. Nicol. de Neap. & Bald.* quos allegat & ſequitur. *Alvar. prædict. § quinetiam.* licet *Andr. de Iſern.* ibi momentum conſideret; Communis tamen opinio evincit.

## COMMUNIA DE SUCCESSIONIB.

NUnc ad tertium caput principale iſtius octavæ partis principalis deveniendum eſt. Quo loco in primis ſciendum eſt, ubi *ſupra* abundè, quòd in feudis antiquis non opus ſit nova inveſtitura, ſed renovatione ſaltem. Sic in feudis dignitatum hodie uſurpatur. *gl. in c. 1. § et quia. q. feud. dar.* cum qua Dd. omnes transeunt. Ubi animadvertendum eſt, utrum electio ſit in feudis dignitatum; tunc enim pater aptiorem filium, & qui pro ſalute & quiete ſubditorum magis idoneus ſit eligat: licet de conſuetudine primogenitus ſuccedat, & ſic reſtringẽdam eſſe conſuetudinem, dummodo aptus ſit. *l. ut gradatim. ff. de mun. & hon.* maximè ſi conſenſus domini accedat; niſi per modum adminiſtrationis Comitatus, &c. conceſſum ſit, tunc licet inveſtitura intercedat, hæredes tamen non ſuccedent. *l. ſolent. ff. de tutel.* Primogenitus autem ille dicitur, qui in ſtatu dignitatis natus eſt, non ante adeptam dignitatem, *Bald. poſt. gl. in l. Imperialis. § his verſ. & ideo. C. de nupt. l. ſenator. C. de dign. l. Titius ff. de teſtã.*

*mil.* Et quãdo primogenitus ſuccedat, vidend. *Bald. c.1. de ſucc. feud.* & quando primogenito alter adjungendus ſit, ꝓpter vitium naturale vel accidentale.

Mutus, ſurdus, cœcus, claudus, quomodo iſti ſuccedant, quæritur? Diſtinguendum eſt: aut feudum eſt paternum; aut novum. In primo caſu ſubdiſtinguo; aut vitium eſt accidentale, & ſperatur ab aliis ſervitiũ, & ſuccedunt: aut naturale, cum nulla ſubſerviendi ſpes ſit, non admittuntur. *cap. 1. an mutus.* In ſecundo caſu ſimiliter, ſi vitium eſt naturale, & non admittuntur, niſi dominus gratiam facere vellet, vel feudum eſſet ad nullum ſervitium adſtrictum. Paria dicenda in vitio accidẽtali quod ex poſt facto acceſſit, eo quòd cauſſa finalis deſierit; ita procedit. *c. 1. Epiſcop. vel Abbat. § fi.* Perſonis autem iſtis morboſis ſi egeant, & feuda ſint magna & opulenta, alimenta adminiſtrari debent. *d. c. 1. § fi. Epiſc. vel Abb.*

Dos an in feudo conſtituatur? Et veritas eſt ꝙ de jure feudali ſive in parte ſive in toto, ſi feudum eſt fœmineũ, poſſit. *text. in c.1. de inveſt. quam Titius acc. c. 1. de eo qui ſib.* In hoc feudo autẽ maritus uxori non ſuccedet, cum iſta inveſtitura poſt mortem uxoris nomine & effectu careat. *Alvarot. & Præpoſ. d.c. 1. an marit.* Neque pactum poteſt adjicere de feudo dotali lucrando vel in toto, vel in parte. *c. 1. & ib. Alvar. de inveſt. de re al.* quam approbat *Jacob. de Ard. ſub. rubr. utrum vaſallus feudum poſſit dare in dotem, circa medium, fol.23. Idem Dd. in c. 1. § don. qual.*

*feud. ol. al. pot.* Cujus ratio viva allegatur, quia hæc datio in dotem ſincera eſt, & ſine fraude facta, nec à muliere ſeparatur utile dominium, licet ſuſpendatur. *l. in rebus. C. de Jur. dot.* Porrò de fructibus participat. *per l. ubi. C. eod.* Cautela tamen eſt, ut ſemper Domini conſenſus impetretur.

Pacta autem ſucceſſoria, per quæ filii primi vel ſecundi matrimonii excluduntur, de cõſuetudine valent, licet *Bald. in c. 1. de fil. nat.* eam conſuetudinem nequitiam appellet, eamq; ad alia loca non extendendam.

Filii naturales in feudo non ſuccedent. *c. naturales. ſi de feud. contr. fuer. int. dom. & agn.* multò magis ſpurii, qui nõ nominandi filii. *Auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* niſi legitimentur Principis indultu ad expreſſam feudi ſucceſſionem, ubi ut ſupr. *per Alvar. & Dd. d. c. naturales.* In quo diſtinguo, aut feuda ſunt paterna, aut nova. In caſu primo Princeps in re agnatorum, quibus jus ſuccedendi eſt quæſitum, non poteſt legitimare, ut in feudo ſuccedant: *Alvar. poſt Andr. de Iſern.* in hoc inclinat, *d. c. naturales.* Jus enim quæſitum Princeps auferre mihi non poteſt, niſi juſta vel Reipub. cauſa, *Cyn. in l. reſcripta. juncta l. quotiens. C. de precib. Imp. offer. Zaſ. in l. 2 § ſed quod Princ. ff. de or. Jur.* non obſtante quod Imperator ſit ſolutꝰ legibus. *l. Princeps. ff. de LL. l. digna. C. eod.* Iſta enim jura loquuntur de jure poſitivo, ſecus naturali; ſub quo dominia rerum & eorũ retentiones ſunt. *§ ſingulorum. Inſt. de rer. diviſ.* tùm

quod

quod ordinaria poteſtas æquitate & ratione dictante ad id coarctetur, *per d. l. digna.* & quod Imperator ſtudeat ſub lege vivere. *l. ex imperfecto. C. de teſtam.* niſi Juſta cauſſa accedente, pretio tamen recompenſato. *Dd. in l. Lucius. ff. de evict. l. item. ſi verberatum. § 1. & ibi Dd. ff. de rei vend. Alex. conſ. 136. p. 1.* ad quæ fac. ea quæ tradũtur *per Dd. in l. cotem. ferre. § agri publici ff. de public.* ubi diſponitur, jus alteri ex contractu quæſitum Imperatorem nõ poſſe auferre: niſi quæſita de jure civili. *Alex. in l. 3. § ſi is pro quo ff. quod quisq; jur. et Rubr. ff. ſi cert. pet.* In caſu noſtro jus quæſitum eſt agnatis ex contractu, & ſic jure naturali, &c. Ergo, &c. In poſteriori caſu ſubdiſtinguo: Aut Princeps eſt immediatè Dominus iſtius feudi, & valet legitimata ſucceſſio, quia nemini quàm ſibi præjudicat: aut alter eſt dominus directus, ad quem aliâs reverteretur, & huic jus ſuum ſimiliter tollere non poteſt, per ſup. dicta, quod res inter alios, &c. Legitimati autem per ſubſequẽs matrimonium, favore matrimonii, & quia ſunt legitimi. *c. tanta, Ext. qui fil. ſint leg.* in feudis ſuccedũt; etiamſi aliud matrimonium interceſſerit; utpote, Titius genuit cum concubina filium, tandem relicta concubina duxit uxorem, ex qua quoq; filium; mortua uxore duxit in uxorem concubinam veterem, ex quo legitimatur naturalis. Certè iſti duo filii pari jure in feudo ſuccederent. *Bart. in l. bonorum. ad fin. ff. rem ratam haberi, Alvar. in præall loco, allegat. Johan. Andr. in c. ſine, de R. I. Baldus* caſum

hunc tangit *in l. cum quis. C. de nat. lib.* Quæ procedunt etiam in matrimonio putativo, utpote ſi quis cum moniali vel ſacerdote contraxerit matrimonium, neſciens perſonam eſſe Eccleſiaſticam, & filium ex ea progenuerit, is ſuccedet, ut in *d. c. naturales, & ibi per Dd. Bald. in l. qui contra. C. de inceſt. nupt.* Quæ maximè conducerent ad noſtra tempora, ubi ſine delectu concedente jure divino contrahuntur matrimonia, niſi ſcientia Canonica conſtitutioni obſiſteret.

Monachus non ſuccedit, ſed monaſterium, ſi ſervitium juxta feudi conditionem ita commodè poteſt præſtari, ſicut per vaſallum poterat. *c. in præſentia* & ibi *Imol. ff. de prob.* pro eo *Auth. niſi. C. ad Treb. Auth. ſi qua mul. C. de SS. Eccleſ.* eo tamen modo, ut fruatur ſaltem comoditate feudi, in vita vaſalli & ejus morte extinguatur. Et ſi eſt antiquum, ad agnatos; ſi novum, ad dominũ revertitur. *Alexand. conſ. 10. col. 4.*

Filius civilis in feudo non ſuccedit. *c. adoptivus. ſi de feud. contr. fuer. int. do. & agn. Zaſ. in p. 8. de ſucc. f. 68.* qui abundanter jura adducit.

In feudo præſcripto ſicut in aliis, licet nulla præceſſerit inveſtitura, ſuccedunt deſcendentes, cum res præſcriptæ non differant à veritate. *Alvar. c. fi. de feud. invicem leg. Jacob. de S. Georg. in verſ. ita quod ipſi reſtiti, ad fin.*

Frater conjunctus utrinq; an fratrem conſanguineum excludat, quæritur? *Fr. Curt. in transverſ.*

*ſucceſ-*

*ſucceſſion. quæſt. 6. f. 26. col. 3.* concludit, quod pariter ſuccedant; ex ratione iſta: Nam quamvis in fratre ex utroq; parente conjuncto duæ concurrant qualitates, agnationis & cognationis, alterã tamẽ ipſarum ſcilicet cognationis impertinentem eſſe, ut ſic effectum non augeat; de quo me ad *eum* remitto. Quæ ratio in naturali judicio & jure ſtringit. Ergò, ambo ex ſola agnationis qualitate ſuccedunt.

# PARS NONA

## PRINCIPALIS DE FEUDI ALIENATIONE.

QVANdoquidem olim variis modis licitum erat vaſallo feudum vendere, impignorare, & transferre in alium, domino irrequiſito. *per c. 1. ꝗ jus, ſi poſt alie. feud. vaſ. id recup. d. c. 1. § donare. qual. olim feud. al. pot. d. c. 1. § neceſſitate gloſſ. c. 1. de alienat. feud. c. 1. § ſi quis. apud quem vel d. c. 1. §. porrò. qualiter olim. feud.* Hodie tamen omnis alienatio prohibita eſt, quocunque titulo vel pacto, in toto ſic in parte ſive venditionis, ſive pignoris, ſive in animæ ſalutem, etiamſi ſub umbra ſeu nomine inveſtituræ vel libelli dato pretio cõventio fieret, ſecus facientes feuda amittunt; & ſcriba inſtrumentum faciens, infamis eſt; manusq; amiſſione interim multãdus. *c. 1. usque ad. §. præterea. de proh. feud. al. per Feder.*

*ita nec in dotem dari.* Ratio prohibitionis habetur, *in d. c. 1. de proh. feud. al. per Loth.* Idem *cap. 1. per Feder.* Quam partem principalem in duo capita ſpecialia partimur. In primo tractabimus de alienatione dominiorum: In ſecundo vaſallorum. Super primo receptiſſimi juris eſt, dominum peræquè ac vaſallum ſuum, proprium, id eſt, directum dominiũ invito vaſallo non poſſe alienare: ita quod vaſallus teneatur alium dominum recognoſcere, *c. 1. § præterea Ducatus. de proh. feud. al. per Fed. c. 1. in fin. de pactis jure firmato. c. 2. quo tempore mil.* niſi proprietatem Dominus Eccleſiæ conferat. *c. 1. § ſi verò contigerit de allod. Bald. in c. 1. § ad hoc de pact. jur. firm.* Sed hodie durum eſt, cum Eccleſię vel earum ordo & adminiſtratio miſerè in pietate & religione vera prophanatæ ſint. Porrò ſupra in 7. parte princ. circa fin. diximus, Dominum poſſe feudum alienare cum curia, cum tota juriſdictione, dum̃odo feudum exprimatur. *c. 1. de Cap. qui cur. vend.* Nunc ad ſecundam particulam ſpecialem deveniem[9]. Et ſupra dictum eſt, feudum invito domino vendi vel alienari non poſſe, quod eſt genus diſtractionis, *l. 1. C. de fund. dot.* verbumq; vendere compræhendit omnem alienationem. *Jaſon. l. cum dubitatur. C. de jur. Emphyteut.*

Feudum ratione debiti & neceſſitatis inalienabile: Quæ regula ampliatur procedere etiam in caſu neceſſitatis, *Bald. c. 1. qual. ol. feud. al. pot. et ib. Dd. Jac. de Arden. ſub. rubrica, utrum ex neceſſitate etiam debiti, &c.* con-

*&c.* conſilium dat vaſallo ad effugienda pericula privationis & evictionis, ut vendat ea conditione, ſi de jure vendere & transferre poſſit, absque juris & pretii privatione, quem *Dd.* ſequuntur, qui ad hoc multa jura allegat. *fol. 21. col. 2.* In hoc tamen diſtinguo: aut feudum eſt novum; aut antiquum. In caſu primo conſentiente Domino licet, aliâs regula procedit. In ſecundo ſubdiſtinguo: aut agnati cõſenſerunt cum domino & res eſt integra: aut nullus, vel altera pars; tunc non conſentienti nõ præjudicat, *per ſupr. deducta, & Jac. de Ard. rubr. utrum conſen. operetur.* niſi donec alienans vel refutans vivit, & ſui deſcendentes. *Alvar. c. 1. § fin. concl. 33. quæ fuer. prim. cauſſ. benef. amit.*

## REFUTATIO.

IDem erit in refutatione, quę agnatis in feudo antiquo non præjudicat, ut ſupr. *per Alvar.* Ex quibus ſequitur, ut ſi vaſallus feudum antiquum domino refutet, ut filia inveſtiatur, ea refutatio ſaltẽ in ejus vita durabit. Nam poſt ejus mortem, nullo filio relicto, frater vaſalli vel ejus agnati revocarẽt à filia *c. 1. § hoc quoque Bald. & Alvar. de feud. ſucceſ.*

## SUBINFEUDATIO.

ITem licita eſt alienatio ſi vaſallus ſubinfeudaverit, als zu Afferlehen gemacht/ dummodo ſive in toto, ſive in parte, domino neq; agnatis pręjudicet, & ſine dolo & fraude explicetur, non accepto pre-

tio cum vendere proponat, & venditionem ſub prætextu inveſtituræ diſſimulet. *d. §. præterea. et Alvarot. de cap. Corr.* Et æquali vel minori, dummodo ad ſerviendũ aptus ſit, ſubinfeudet, quo caſu conſuetudo patriæ & cujusvis regionis attẽdenda. Quo caſu Dd. maximè *Alvar. in d. § præterea, & Jacob. de S. Georg. verſ. & cum pacto*, feudum Eccleſiaſticum & privatum æquiparat ſubinfeudando; excepto feudo decimali, quod non liceat ſubinfeudare. *c. prohibemus. de decim. 12. q. 2. c. Abbatibus.* Secundò fallit, ſi in inveſtitura poſitum eſſet de feudo non alienando, tunc non ſubinfeudaretur, quia geminata prohibitio ampliat, *arg. l. 1. §. nunciatio. ff. de no. op. nuntiat. Doctores d. § præterea.* Fallit etiam ſi feudum conſuetudine eſt alienabile, *Deci. d. conſilio 588. p. 4.* qui ad hoc multa jura adducit. Quæ tamen conſuetudines non ſunt laudandę; exarmant enim poteſtatem & utilitatem Imperii, *per text. in d. c. 1. poſt pr. de proh. feud. al. per Fed.*

## 10 FEUDUM ALIENABILE CONSENSU AGNATORUM.

SUpra in prima diſtinctione determinavimus, quæ extẽſiorem recipit interpretationem. Nam licet proximi agnati conſentiant, iis autem decedentibus, aut feudaliter remotioribus agnatis non conſentientibus, aperto facto, certè iſti revocabũt, nullo dato precio, cum diſtinctione, *ſupr. in 8. part. princ.* poſita, quæ eſt, *text. c. 1. de al. feud. pat. in verb.*

quan-

*quanquam liquere poſſunt:* ita etiam *Alvar. d. c. 1. et gl. 3. § hoc quoq;. de feud. ſucceſſ. & ibidem Alvar.* Porrò ſi vaſallus pactum faceret de non petendo feudum à ſe nec ſuis hæredibus, ſi vaſallus decederet absque hæredibus maſculis, certè agnatus non obſtante pacto ſuccederet cum aliis agnatis. *Jacob. de Ard. ſub rubr. utrum agn. fac. pact.*

## FEUDUM LICITE ALIENATUR.

CUM materia coñexa ſit, proſequitur feudi alienationem licitam eſſe, ut ſi vaſall⁹ agnato proximiori feudum alienat, qui aliâs poſt mortem ſucceſſiſſet, quæ refutationis vim habet, *d. c. 1. de al. feud. pat.* niſi plures eſſent pari gradu, tunc aliis diſſentientibus non valeret, ſed præteriti revocarent pro eorum portione. *Bald. c. 1. de vaſall. qui cont. conſtit. Loth.* Idem erit, ſi proximo conſentiente in remotiorem fuerit alienatum, qui medii ſunt, revocabunt mortuo vaſallo, cujus iſti forent proximi. *arg. l. nam ita Divus. ff. de Adopt. Jac. in d. § cum pacto.* Ex quibus alia illatio: Tres fratres poſſident feudum, unus alteri ſuam reſignat partem, qui moritur vel monaſterium ingreditur, ad hujusmodi reſignatã partem ambo fratres vocabuntur. *Bald. d. c. 1. de al. feud. pat.* Ratio hujus viva eſt; Cum enim tribus pariter per patrem eorum proviſum erat, non poterat alter alterum in hoc ſupplantare. *c. 1. de duob. frat. à Cap. inveſt. Jac. loco præallegato.*

## CONSENSUS PATRIS AN FILIO PRÆIUDICET?

IN quo eſt diſtinguendum. Aut pater, ut agnatus, vaſallo alienanti ſimpliciter conſentit: Aut non ſolùm conſentit, ſed etiam ſe obligat, huic alienationi non contravenire. In primo caſu filius revocat. In ſecundo non; cum contra factum patris cōſentientis & obligantis venire non poſſit. *ff quæ à patre. C. de teſt. mil. ita Bald. poſt Jacob. de Bel. de feud. ſucceſſ.* quem caſum contra Electorem Principem N. in practica habui: ſed res amicabiliter compoſita eſt. Quibus conſequens eſt, ſi agnati, qui non ſunt vocati ad alienantis vaſalli conſenſum, hæredes vaſalli facti eſſent, revocare nō poſſent, niſi inventarium confeciſſent. *l. fin. § in computationis C. de Jur. delib. Dd. in c. 1. an agn. vel fil.*

## DE REVOCATIONE.

SUpra dictum eſt, ꝙ ab agnato infra annum, ab extraneo, 30. annos à tempore alienationis revocetur. *per c. 1. § pen. qual. olim feud. alien. pot.*

## PRETIUM RESTITUITUR, AUT NON LICITE ALIENATUR

QVando Dominus conſentit, ſi feudum novum eſt, in quo nemini niſi Domini interſit, nō habita ratione, an filii contradicant, *Alvar. c. 1. de al. feud. pat.* niſi hoc feudum duobus fratribus ſimultaneè

taneè conceſſum foret; tunc nihil operatur in necem fratris ſuperſtitis, *ut ſup.* ſed revocaret. *Alvar. c. 1. § Item ſi fuerit. quib. mod. feud. amit.* Si verò eſt antiquum: aut filii & agnati conſentiunt, & non eſt dubium, aut ſoli filii, & illis præjudicat; agnati autem iſtis decedentibus revocant ſine pretii reſtitutione: aut non omnes filii conſenſerunt; aut nullus, tunc non conſentiens ſtatim etiam in vita patris vaſalli revocabit; ſic poſt ejus mortem; dictio enim (etiam) implicat *in Rubr. C. etiam ob chiro. pec. pig.* reſtituto tamen pretio: aut non ſunt filii, tunc ſiquidem agnati, quorum intereſt, conſenſerunt: res eſt ſupr. expedita; ſin non conſenſerunt, vel omnes, vel aliqui, proximior agnatus non conſentiens revocat poſt mortem vaſalli, qui feudum licitè, id eſt, cum domini conſenſu alienavit, nullo pretio reſtituto: aut vult ſtatim in vita vaſalli redimere eo pretio, quod extraneus offert, & poteſt revocare per ea, quæ traduntur *per Dd. et Alvar. in c. Titius ſi de feud. contr. fuer. c. 1. § 1. per quos fiat inveſt. c. 1. de alleg. feud. pat. cum mult. aliis concord.*

An tacitus conſenſus aliquid operetur, Quæritur: In quo puto diſtinguendum: Aut dominus eſt abſens, & ſciens factum: aut præſens, & ſciens. In primo caſu puto, dominum non conſenſiſſe, *per Bart. in l. quæ enim. § rem haberi. ff. rem rat. hab.* qui putat eum qui ſimpliciter factum ſcit, dum ſit abſens, non ſolùm non haberi pro conſentiente, ſed improbãte, dum incommodum ſuum reſpiciat, *per*

*l. procurator. ad exhib. ff. eod.* niſi dominus illius fuiſſet, per literas aut alimodo certificatus, quòd ſola abſentia & taciturnitas cõſenſum non inducit, *Jacob. loco præallegato, gloſſa in cap. 1. de proh. feud. alle. per Loth.* In ſecundo caſu non eſt dubium, ſi dominus præſens factum quod potuit impedire contradicẽdo non fecit, per *Dyn. in c. qui tacet. de R. I.* De agnatorum taciturnitate *ſupra* dictum eſt: aut tacuerunt per annum, aut 30. ann. ad quæ fac. *Jacob. de Ardnet. ſub rubric. utrum reputentur agnati conſentire.*

De ſubvaſalli conſenſu quæritur, an ſit requirẽdus, an primi domini infeudantis; puta quidam infeudat Titio aliqua bona, qui vaſallus Sempronio ſubinfeudat, qui ſubvaſallus intendit feudum alienare; Quo caſu *Dd.* variant, & ad partes arguunt. Concluſivè autem puto diſtinguendum; aut primi domini præſentia commodè haberi nõ poteſt, & vaſalli ſubinfeudantis conſenſus: aut haberi poteſt, & domini primi conſenſus requirendus eſt: à capite enim edenda eſt ratio, de quo puncto *Jacob. de S. Georg. verſ. & cum pacto.*

Dominus conſentiens, an ſibi præjudicet in dominio directo, incidenter quęritur? Licet *Bald. in c. 1. § præterea. quibus mod. feud. am.* inclinare videtur quòd ſic. *Andr. de Iſern. Alvar. in c. Imperialem. de proh. feud. al. per Feder. Mart. Laud. quem allegat Bald. in c. ſancimus. quo tempor. mil.* contrarium tenent, quòd dominus ſibi in directo dominio non præ-

judicet

judicet: cum vaſallus in dubio non alium conſenſum quàm circa juris ſui, id eſt, dominii utilis alienationem petere cenſeatur; unde mortuo vaſallo ſine hærede nihilominus ad dominum revertitur. *Alvarot. cap. 2. apud quem vel quos.* Cautela tamen eſt ob diſcordiam Dd. ut dominus ſemper conſentiat, ſalvo ſui directi dominii jure, **doch vns an vnſern Rechten vnd Lehenſchafften vnſchädlich**, ut uſurpatur in Curiis, *arg. l. ſi debitor. § 1. ff. quibus mod. pign. ſol.* Sic quando vaſallus vult ſponſam ratione dotis & donationis propter nuptias, vulgò, **vmb das heurat vnnd gegengelt**, in rebus feudalibus adſecurare, requiritur domini conſenſus: quo caſu licet feudum in quo uxor adſecurata eſt per mortem vaſalli mortui, aut alio modo domino aperiatur, nihilominus manet uxori jus ſalvum, donec vivit, ſecundum placita pactorum & conſenſus. per *Bart. in l. ſi finita. § de vectigal. ff. de dam. infect.* Sin fuerit feudum antiquum, tunc ex *ſupr.* deductis requireretur conſenſus etiam agnatorum: de conſuetudine tamen non obſervatur, ſed ſufficit domini conſenſus.

Licentia vendendi certę perſonæ, an ad aliã perſonã extendatur? *Et gl. c. 1. de proh. feud. al. p Fed. et ib. Alv.* In q̃uo diſtinguendũ puto: aut vaſal. certa iſta pſona alienat conſimili pſonæ & ęqualis conditionis, & domini non intereſt; imò pręſumitur; ſi de eo cogitaſſet huic cõſenſiſſe, de quo latè per *Claud. de Sicell. qui feud. dar. poſſ. Alexandr. conſ. 130, p. 4.* aut

intereſt, & non extenditur *per gloſſ. ſupr. allegat. c. 1. de proh. feud.*

Venditor vaſallus an ad pretii reſtitutionem teneatur? In quo diſtinguo: aut emptor eſt bonæ fidei: aut malę fidei: In caſu primo, revocato feudo à domino vel agnatis venditor emtori tenetur reſtituere pretium, etiam ſi de evictione cautũ eſſet inter contrahentes, ne teneretur venditori. Ratio eſt, qa de evictione tertii nõ domini vel agnatorũ, hoc caſu intelligitur *l. ex emto, ff. de act. emt.* quem caſum contra Epiſcopum N. in practica habeo. Item emtor dimiſſo pretio contra venditorem de intereſſe agere poteſt. *l. emt. C. de evict. gl. & Alvar. in d. c. 1. de proh. feud. al. per Fed.* In ſecundo verò caſu non reſtituitur p *gl. d. c. 1.* quæ loquitur in bonæ fidei emtore. Ergo, excludit malæ fidei, &c. *l. cum prætor. ff. de Iudic.* nec tamen venditor lucrabitur, ſed fiſco applicabitur, *arg. l. Lucius. ff. de Iure fiſc.* etiamſi vẽditor de evictione caviſſet; *per gl. elegantem in d. c. 1. non absq; l. ſi fundum. C. de evict.* quia ibi alienabatur res aliena, quæ de ſui natura erat alienabilis; hîc autem quæ non poterat, unde plus peccat, & ſcriptor inſtrumenti peccat. *gl. & Dd. d. c. 1.*

Vidimus qualiter in genere alienatio fieri poſſit, vel non; nunc cauſa rei elucidandæ ad ſpecies alienationis progrediemur.

## PIGNORATIO FEUDI.

ET primùm quęritur, an feudum pignorari poſſit absq; conſenſu domini? In quo diſtinguendum:

dum: aut poſſeſſio transfertur; aut non. Primo caſu ſive in parte, ſive in toto, non licitũ eſt. *Jac. de Ard. ſub rubr. utrum pign. oblig.* In ſecundo licet, quia nõ dicitur traditio, poſtquam poſſeſſio retenta eſt, *Jac. de Ard. præalleg. loco & c. 1. §. callidis, & ibi per Bald. de proh. feud. al. per Fed.* Servitutem imponere itidem realem non poteſt, & conditionem feudi deteriorem facere, *cap. 1. §. rei. de inveſt. de re. al. fact.* niſi in prejudicium quo ad vivit. vide *Franc. Curt. ex quibus cauſſ. feud. am. q. 14.* Nec in dotem dare, *Dd. in d. c. 1. § donare*: & cõmunis eſt ſententia; licet *Jac. de Ard.* aliqualiter variare videatur *in rubr. utrũ vaſalli feud. in dot. 2.* pater tamen, quo ad vivit, fructus feudi in dotẽ adſignare poteſt, & ſic ſuam perſonã obligare, eo mortuo extinguitur dos, *in d. §. donare*, quo caſu ceſſat ratio *Jac. de Ard.* diverſa; niſi in feudo novo dominus cõſentiat, tunc in perpetuũ valeret. *Alv. & Præpoſ. in d. §. donare*; aut feudum eſt antiquum, & tunc agnatorum conſenſus cum domini neceſſarius eſt, per ea quæ *ſupr.* docuimus. Utrum autẽ uxor inops alicujus nobilis poſſit tertiam vel quartam ex ꝓviſione, *Auth. præterea. C. unde vir.* vel dotem ex bonis feudalibus viri accipere. Cui breviter reſpondetur, ꝙ non. *text. eſt clarus in tit. de inveſt. de real. §. quoniam.* etiamſi uxor fuerit inops. De conſuetudine tamen accedente Domini cõſenſu uxor in bonis feudalibus, adſecuratis inſuper fructibus, & non requiritur conſenſus agnatorum, licet aliter de conſuetudine ſcripta, etiamſi ſit antiquum, obſervetur.

## DELATIO JURAMENTI.

VAſallus utrum poſſit deferre juramentum adverſario ſuper re feudali, quam quæſtionem tangit *Fr. Curt. ex quib. cauſſ. feud. am. 10. q. princ.* & diſtinguendum; aut per hoc juramētum transfertur poſſeſſio & absq; conſenſu domini non licet: aut non transfertur, & licitè defertur.

## PERMUTATIO.

QVamvis *Fr. Curtius ex Auth. ſed & permutare, C. de SS. Eccleſia*, arbitretur permutationem eſſe licitam: Ego tamen puto ex regula, ne dominus invitus alium vaſallum habere cogatur, *per Jac. de Ard. in rubric. utrum vaſall. poſſ. feud. perm. & aliorum*, maximè *Specul. de feud. § quemadmodū. verſ. 32.* veriorem eſſe opinionē quòd non poſſit. PIGNUS Judiciale in feudo contrahitur in cauſamque judicati cadit, quoad vaſallus vivit, dummodo aliâs nō habeat, unde ſatisfacere poſſit; & ſic ſoli fructus in ejus vita ad creditores ſpectant, *per Jacob. de Ard. in rubr. utrum pignus judiciale.* Idem proſequitur *Fr. Curt. p. alleg. q. 12.* recitando Dd. & ſic miſſio fit pro perſonali actione non in ſubſtantiam bonorum feudalium, ſed ſolam commoditatem fructuum & reddituum, ut latè per *Jac. de S. Georg. verſ. dicti vaſalli.* Uſumfructum conſtituere non poteſt, nec locare feudum, per *Alvar. in d. c. Imperialem*, quem ſequitur *Jac. de Ard. ſub rubr. utrum vaſ. poſſ. uſumfr. &c.* licet *Franciſcus Curtius* recitando *Doctores in. d. tit.*

*rit. q. 15.* ad partes arguat, tamen in hoc inclinat, ut quis non poſſit conſtituere uſumfructum, tamen absq; conſenſu domini fruct⁹ vendere poſſit, *Ard. in rubr. utrum vaſallus poſſ. vend. jus*, & huic ſubſcribit conſuetudo patriæ. Locare tamen etiam poteſt ad modicum tempus, putà 5. ann. prout eleganter decidit *Fr. Curt. alleg. p. q. 2.* Teſtari neque donare in feudo poteſt absque domini conſenſu, neque per omnia legare, text. eſt clarus *in c. 1. de ſucc. feud. et d. § donare, qual. ol. feud. pot. al. & ibi. Dd. Curt. q. pen. f. 38.* Niſi dominus & agnati, ſi feudum eſt antiquũ, id ratificaverint: aut agnati & dominus præſentes teſtamento conficiendo adfuerint: tertiò fallit, ſi feudum teſtatum eſſet agnato, ad quem aliâs perveniſſet; omnia per *Curt.* ad quem me remitto, *loc. præall.* Compenſare non poteſt; ſiquidẽ dediſſe intelligitur, qui compenſavit, *per l. in tantum ff. de lib. cauſ. & l. dediſſ. ff. de V. O. Jac. de Ard. ſub rubr. utrum feud. proh. comp.* Tranſigere an poſſit, q̃ritur? vaſallus habet ꝓbabilem litis timorẽ, & ſinceram & bonam fidem: Et ſic tranſigere ſuper feudo poteſt, ꝑ *Alvar. in c. 1. de cont. inter vaſall. & ali. de beneſ.* aliâs non poſſet: *Sic Jacob. de Ard. d. rubr. an compenſ. poſ.* dummodo domino denunciet, ſi poteſt. *c. ſi vaſall. 3. ſi de feud. fu. contr. int. do. & agn.* qua tamen tranſactione nec domino, nec agnatis, ſed ſibi ſoli p̃judicat; & ratio *Dd. ſentientium* ꝙ tranſactio valeat, per q̃ poſſeſſio non transfertur, apud me multũ ſtringit: nam locatio ad longũ tempus non habet locũ,

minus hujusmodi transactio, de quib. me ad *Franc. Curt. p. 4. n. 97.* remitto. Compromittere autem poteſt absq; fraude, *per Jac. de S. Georg. d. verſ.* & cum pacto. Dominus autem prohibere poteſt ne compromittat, *Spec. in tit. de Arbit. § reſtat. verſ. ſed nunquid.* apertè id vult, quem allegant Dd. & præſertim *Curt. d. p. 4. n. 98.* q̃a datur ſibi activè & paſſivè facultas litigandi ſup̃ feudo. *c. 1. de contr. int. dom. & ali. benef.* quam deciſionem ut compromittere liceat in arbitros ſumunt *Dd. ex c. 1. § ſi inter de l. Cor.* quæ tamen multùm periculoſa ſunt, habito reſpectu ad translationē dominii, quæ cauſatur ex laudo. Ego tenerem laudum ſoli compromittenti vaſallo præjudicare ob multas rationes, quæ huc poſſent allegari, ad quod facit *Jac. de S. Georg. loc. præal. Curtius* relinquit iſtam quæſtionem dubitabilem. In arbitratorem autem compromittere non licet, *cap. 1. de contr. int. dom. & ali. de benef.* quia in arbitratore nec eſt judicium, nec quaſi. *Imol. in c. quintavallis. Ext. de Jurejur.* Nec in ſolutum dare, quia loco venditionis habetur. *l. fin. ff. ex quib. cauſſ. eat. in poſſ. Jac. de Ard. d. rubr. utrum proh. feud. comp. § item nec poteſt.* Dividere, cum diviſio quandam umbram habeat alienationis, non licet *Alvar. c. 1. § item ſi fue. quib. mod. feud. am.* Hoc tamen in Germania uſurpatur, ut uni feudum, alii allodium adſignetur. *§ omnes et ibid. Alvar. ſi de feud. contr. fuer.* ne alteratur natura feudi per hoc, & vaſallo ſine hærede mortuo, feudum ita adſignâtum, non ad dominum, ſed ad aliũ

ſuper-

ſuperſtitem revertitur non obſtante diviſione, niſi ſpecialiter de hoc conveniſſent. *Alvar. c. 1. Imper. Lothar. Euge.*

## AN JURA INCORPORALIA DIVIDANTUR?

IUra autem incorporalia & jurisdictiones, licet in ſubſtantia non dividantur (quod enim non eſt corpus aut actu vel habitu, id individuum eſt. *l. fin. de Jur. pat. gl. in l. 2. C. de liber. & eorum lib.*) tamen adjudicatione, aut alterno uſu, aut per penſiones, aut per territoria dividuntur, cum cautione, ne alter alterum impediat. *Alvar. c. 1. § præterea Ducatus. de prob. feud. al. per Fed.* Quod etiam hodie in Germania in feudis dignitatū uſurpatum eſt, conſentientibus tamen Imperatoribus & Regibus.

# PARS DECIMA,

## DE FEUDI PRIVATIONE ET REFUTATIONE.

QVÆ pars duo capita principalia complectitur: Primum, privationem: Secundum verò feudi reverſionem. Regulam quod feudum illicitè alienatum amittatur, *ſupra* diffuſè tractavimus, quam nunc per cauſſas privatiles declarabimus. Et

in primis ſciendum eſt, pœnam cum delicto comẽſurandam eſſe *per l. ſancimus. C. de Pœ.* Et ideò ſi vaſallus alienaverit feudum totum, totum perdet, ſin partem, jam pars alienata intercidit, *per text. not. in c. 1. de vaſall. qui contr. Conſt. Lothar.* licet *Bald. in c. 1. qual. ol. feud. al.* contra teneat, putans totum perdi, *Alvar. & alii in d. c. 1. de vaſall. qui cont.* tamen evincunt.

## RECUPERATIO.

Regulariter etiam feudi recuperatio à culpa non purgat; cum dominii translatio executionẽ ſecum trahat, *Alv. c. 1. quid jur. ſi poſt al. vaſ.* unde *Bald.* ibi dicit, ſi actus rem à ſubſtantialibus removet, non plus integrari *l. ſolita. C. de remiſſione pign.* Quæ tamen regula ſex fallentias recipit. Prima eſt, ſi in continenti recuperatur, *per Jac. de Ard. ſub rubr. utrũ vaſ. qui al. amit. feud. ſi recup.* ꝙ enim modicum diſtat, nihil diſtare videtur, *arg. l. fructus. ff. ſol. matr.* Et in continenti dicitur, dùm ad huc vaſallo nulla quæſtio mota eſt, in modico dierum intervallo. *a. g. l. mancipiorum, de opt. leg. Bald. in rubr. ſi vaſ.* Judicis tamen arbitrio committitur, quando dicatur in continenti fieri, *arg. l. 1. ff. de Jur. de lib. Alvar. in d. c. 1. q̃d juris.* Secundò fallit, ſi alienavit citra trãslationem poſſeſſionis, *Bald. & Alv. c. 1. § aut ſi libellario; quib. mod. feud. am.* traditionibus enim rerum tantũ dominia transferuntur. *l. traditionib. C. de pact.*

Venditor conſtituens ſe emtoris nomine poſſidere, an perdat jus vaſallicum? *Dd.* controvertunt,

quos alleg. *Jac. de S. Georg. in d. § & cum pact. Alex.* tamen opinio *in l. quod meo ff. de acquir. poſſ.* tanquā verior evicit, videlicet perdi. Adeò enim eſt verus poſſeſſor emtor, eo caſu, ut pro libito, tanquā rem precario poſſeſſam avocare poſſit. *arg. l. clā poſſidere. ff. de acq. poſſ.* Tertiò fallit, ſi ab ignorante feudum alienatū eſſet emtori ignorāti, tunc revocat ab emtore, qui cogitur reſtituere ſoluto intereſſe à venditore. *c. 1. § ſi vaſ. Alvar. et Præp. ib. ſi de feud. cont. fu.* etſi contra factum propriu . venire licitum eſt.

Juramento ignorantia illa probatur, id eſt, venditoris, ſi quibusdā conjecturis adjuvetur, vel ſi defuncto ſucceſſit, q domino diu non ſervivit. *l. qui in alter. ff. de R. I.* maximè ſi vir bonus judicetur. *l. ſcire § ſuff. ff. de excuſ. tut.* Sin verò præſumtiones contra vaſallum forent, quia fortè aliâs inveſtitus erat, vel tanquā agnatus ſucceſſit, cum aliâs non fuiſſet hæres, vel aliquando à domino pro ſervitio requiſit⁹; tunc non crederetur. *l. quanquam ff. ad Vellejan.* nec juramētum ſibi deferendum eſſet, quia non debemus eſſe authores ꝑjurii *Jac. de. Bel. et Dd. c. 1. de cont. int. do. & emt.* nec ignorantia juris eum excuſaret, quaſi ſe neſciviſſe conſtitut. prohibitivas. *l. leg. C. de LL. de quib. vid. Jac. de Ard. in rub. civilib. ignor. alleg.* Emtor à quo cōveniendus ut reſtituat rem? Et deciditur quòd conveniri poſſit ſive à domino ſive à venditore vaſallo, & in ejus electione eſt domino vel vaſallo reſtituere. *d. c. 1. de contr. int. dom. & emt.* aut reſtituet domino, & à domino pretium non



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113432-p0111-9

conſequitur, aut vaſallo & reſtituet pretium & intereſſe. *Alvar. & Dd. concord. text. in d. c. 1. § ſi vaſallus. ſi de feud. contr. fuer. int. dom. & agn. Jacob. de Belv. in loc. alleg.* conſuluit emtori, ut venditorem eligat, à quo omne ſuum intereſſe conſequatur. In primo autem caſu venditor vaſallus, feudum à domino recuperare poteſt, quia non fuerat ei apertum, *per d. c. 1.* contra quem poſtea emtor etiam habebit regreſſum ad repetendum pretium: Eſſet enim contra bonam fidem & rem & pretium tenere, *Bald. in d. c. 1. l. bona fides ff. de R. I.* Et agit dominus contra emtorem condictione ex lege & cõſtitutione Imperiali, *de prohib. feud. al.* utputa poſſeſſionem feudi, quæ eſt contra conſtitutionem Imperialem apud Titium. *gl. & Dd. d. c. 1.*

Quartò fallit, ſi Titius ex alienatione feudo ſuo privatur, quod habuit, tamen jure de futuro non privatur, quùm apertum feudum ex morte patris capeſſere poſſit: *Alvar. c. 1. de vaſall. qui contr. conſt. Loth.* Quintò fallit, ut ſi alienatio facta eſt ſalvo jure dominico, aut ſi dominus conſenſerit, vel placuerit. *l. ſi. debitor. ff. quib. mod. pign. ſol. Præpoſ. c. 1. § fin. quæ fuer. prim. ca. ben. am.* niſi dolus ſubſit, ut ſi in potentem transfertur, à cujus manibus difficulter recuperari poteſt. *Bald. in d. c. 1. § hoc quoq; de proh. feud. al. per Fed.* Sextò, in feudo Franco. *c. 1. de feud. non hab. prop. nat. de quo ſupr. tit. 1.* Secunda cauſſa Inveſtituræ non petitæ infra annum & diem, *ut ſupra* niſi dominus poſtea concedat, tunc cenſetur remiſſa

miſſa. *l. poſt diem ff. de leg. Comm.* Et quamvis vaſallus domino ſemel juraverit, ejusque ſucceſſores de novo non teneantur jurare, licet inveſtitura recognoſcenda: *Bald. & Dd. in d. c. 1.* tamen de cõſuetudine tenẽtur; Et vaſallus differens jurare poſt verbalem inveſtituram, privatur, acſi præſtitiſſet juramentũ, cum trina vice á Domino interpellatus ſit. *d. c. 1. § 1. q̃ ſu. prim. cauſ.* Quod etiam procedit tradita poſſeſſione & interpellatione; deinde enim poſt juramentũ dominus tenetur tradere poſſeſſionem p̃ciſè *c. 1. inf. de nov. for. fid.* ita è regione vaſallus ut juret compellitur, *Alv. et Dd. in d. c. 1. § 1.* Tertia cauſſa, ſi domino requiſitus non ſervierit, in bello dominum non adjuverit, vel deſeruerit, etiam infra tempora inveſtituræ petendæ, & ante juramentũ, *d. c. 1. § 2.* niſi vaſallus extrema neceſſitate preſſus, vel fuga domino non noceat. *c. 2. in fin. de feud. ſin. culp. non am.* Ampliatur illa cauſſa procedere, ſi ſcit vaſallus im̃inere aliq̃ periculũ domino, ſive in corpore, ſive in bonis pręcavere tenetur. *c. 1. et. §. ad hoc. verſ. tamẽ ſcias. Hic. fin. lex.* Debita tamen ꝓ domino ſolvere nõ tenetur, etiamſi dominus periculo perjurii prematur *d. verſ. tamen ſcias.* Quarta cauſſa privativa, ut ſi inter duos de feudo lis pendeat, alter ex eis poſſeſſionem feudi per violentiam invaſerit, invaſor inceptam litem perdet, quo ad cauſſæ inſtantiã, & duplum ſolvet, ſalvo jure, ſi quod habuit, vel de novo acquiſivit, poſtea novo ordine judiciario experiendi. *c. 1. § ſi duo. in tit. de pac. ten. & ib.*

*Dd.* Sic eum declarant limitando, *l. ſi quis in tantam C. unde vi*, ubi qui lite pendente violentiam facit rem & cauſſam perdit, cui ſubſcribit ordinatio Imperii, *ſub. rubric. quo ordin. ſtat. ſupr. poſſ. jur. conu.* At in ſuperiori reſervatur invaſori jus ad rem, & in pœnam duplum ſolvet.

Quinta cauſſa eſt generalis: Ex omnibus enim cauſſis, quibus filii exhæredantur, donationes revocantur, ex iisdem etiam vaſalli privantur feudis, *c. 1. quot teſt. ſint nec. ad prob. ingrat.* ut ſi inimiciter ſe contra dominum & ſuos gerat, factis inhoneſtis, machinationibus indecentibus dominum appetat, amicitiam cum domini inimicis in domini damnum, *Alvar. c. 1. § item fidelis. quib. mod. feud. amit.* nectet, uxorem domini adulteraret, ad hoc crimē ſollicitaret, turpiter tentaret, adſectaretur. Item, filiam ſororem cum domino habitantem, aliâs non, *cap. 1. quibus mod. feud. amit.* nurum, neptem pollueret, vocabulo barbaro cucurbitaret: Quæ procedunt etiam in ſponſa domini, per *Alvarot. d. c. 1.* Item, in matre domini. *arg. Nov. de conſt. § ſin autem. l. fin. C. de priv. lib. 11.* Idem Juris eſt in eo qui auxiliatur ad iſta ꝑpetranda; & ſuper eo, ut internuncius ſollicitet. *Bald. in d. § 1. quibus mod. feud.* niſi iſta fierent ignorantia & ſine fraude vaſalli, qui cum conjecturis adjuratur, juramento purgabit ſe, *gloſſa in c. in lectum. 34. q. 2. ita Alvar. c. 1. hic. pot. is tit. quib. mod. feud. amitt.*

CONA-

## CONATUS PRO EFFECTU.

IN quibus omnibus animadvertendum eſt, an fecerit quod facere poterat, nam licet interveniente impediatur adulterium, nõ tamen excuſabitur. *arg. l. qui falſam ff. ad L. Corn. de falſ.* Conatus enim in hoc pro effectu ſumendus. *l. ſi quis non. C. de Epiſc. & Cler.*

## POENITENTIA.

SIN autem ante effectum pœnituerit vaſallum propoſiti, non privatur. *cap. 1. de Cap. qui Curiam vend. & gloſſ. d. c. 1. quibus mod. feud. amit.* Et quamvis ſuſpiciones, quæ ſeparant matrimonia, in vaſallum cadant, ut colloquia in locis occultis & ſuſpectis, oſcula, amplexus, tactus & ſimilia, vaſallum non excuſent de Jure, tamen de conſuetudine majora uſurpantur hodie, unde non eſt anxius hic laborandum.

Inceſtæ nuptiæ, quas vaſallus cõtraxit, eum privant, *Bald. § 2. quib. mod. feud. amitt.*

Simplex amicitia autem cum domini inimicis non privat, *Alvar. in d. § item ſi. & fac. c. 7. Eccl. ubi ſapiens dicit: Noli eſſe amico inimicus proximo, æquumq; eſt conciliare amicos.* Quæ vera ſunt, ſi illa amicitia absque fraude fit: Sin autem aliquæ præſumtiones vaſallum premerent, mentis ſinceritatem probet juramento. *arg. eorum quæ trad. per gl. in l. 1. § cum patronus. ff. de off. præf. urb. & in l. liberi. §. ſi tamen. C. de inoff. teſt.* Quæ tamen res tota bono judici committenda.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113432-p0115-1

# REVELATIO.

SI revelaverit ſecreta domini in domini damnũ, malitioſo animo, privatur: ſecus, ſi incautè verba exciderẽt. *arg. l. qui injuriæ. in pr. ff. de furt.* Quia non ex eventu, ſed conſilio fraudis interpretatio perpenditur. *l. fraudis ff. de R. I.* niſi ignorantia eſſet ſupina & craſſa, quæ dolo æquiparatur. *l. nec ſupina. ff. de Jur. & fact. ign.* Purgare enim hoc caſu vaſallus ſe tenetur, quia fecit rem illicitam, cujus præſumtione gravatur. *l. ſive poſſidetis. C. de probat.* Et quamvis hæc negativa ſit difficilis probationis, ex conjecturis tamen animum inculpabilem fuiſſe probabit, ut quia dixerat, vel ſederat inter amicos; *gl. & Dd. in l. fulcimus. § quid latitare. ff. ex quib. cauſſ. in poſſ. eat.* Sin autem probationes utrinque dubiæ ſint, juramento vaſallus ſe purgabit. *gl. in § aliæ. Inſtit. de act. gl. in c. ſignificaſti. Extra de Hom. l. ſi cui. § iisdem. de accuſ. Bald. in tit. de pace conſtit. ad fin.* Item, ſi dominum aſſilierit, vel in caſtrum ſeu domum ſuam, domino cum uxore p̃ſente, vel non; impetũ fecerit, privatur. *d. c. 1. § ſimiliter. quib. mod. feud. am.* Aſſultus autem eſt impet⁹ in perſonam vel locum, ſive hoc pedibus vel equo fiat, aut machinis, vel alia quacunque re: & ſi ſciverat habitationem domini eſſe, ſive fuerit præſens vel abſens, & ſive vaſallus domini præſentiam ſciat vel ignoret; quo tẽperamẽto intelligitur verbum, (*ſciens*) *d. § ſimiliter.* Idem ſi dominum concuſſerit. *l. 2. & 3. ff. de concuſ.* Idem ſi fores effregerit. *arg. l. fin. ff. de effract.* Item ſi

manus

manus violentas in dominum injecerit, vel gravẽ injuriæ molem in eum effundat, privatur. § *porrò. quæ fuer. prim. cauſ. ben. amit.* De aliis, ut ſi dominus terrore armorum, &c. flagelletur, & aliis ſimil. vir bonus judicet.

Criminalis accuſatio contra dominum inſtituta, ſexta eſt cauſſa principalis. Teſtimonium ferre in criminali, tùm civili cauſſa etiam modica *c. 1. § ſimiliter. de conſt. feud. rect. c. 1. §. Item ſi delator. & ibi gl. quæ fuer. prim. ca. ben. am.* quo caſu *indignationem* in text. poſitam Dd. pro privatione interpretantur. Advocatus vaſallus, ſi ſponte contra dominũ advocaret, privatur: ſecus coactè vel ex officio deputatus. *arg. c. fin. de poſſ. l. fin. ff. de inoff. teſt. Text. in l. poſt legatum. § advocatũ. ff. de his quibus ut indig. Alv. in § ſi delator. quæ fuer. prim. ca. ben. amit.* Juſtitiam denegans domino activè & paſſivè vaſallus privatur. In primo, quia vaſalli juſtitiam domino facere nolunt, ut qui fortè inferior, & minus potens eſt: In ſecundo, quia juri ſtare nolunt trina vice vocati. *Alvar. & Dd. in c. 1. de mil. vaſall.*

Fidejuſſor vaſallus contra dominum criminaliter accuſatum privatur, aut accuſatorem ſubmittat. *l. poſt legatum. §. ſunt qui putant. ff. de his quibus ut indig. l. qui cum major. §. 32. de bon. lib. Alv. in d. §. item ſi delator.* Sententia contra dominum lata per vaſallum in cauſſa gravi & magna, quæ per appellationem infirmaretur ex iisdem actis, privaret, cum eſſet conjectura doli, vel latæ culpæ, cum potuerit

peritiores conſulere, & non fecit: & omnes aliæ cauſſæ ſunt privatiles, propter quas punitur aliâs judex, *ut per tot. C. de pœn. jud. mal.* Præterea conſultum eſt vaſallo, ut hoc cautè agat. *c. 1. § præterea. quæ fuer. prim. ca. ben. am. & Dd. in §. item ſi delator.* Quæ tamen generalis cauſſa fallit, ſi vaſallus ſuam accuſationem probaret, vel jus ſuum proſequeretur. *l. qui cum major. ff. de opt. lib.* Secundò, ſi accuſaret dominum ob crimẽ in Principem vel Rempublicam commiſſum, *Dd. in d. § item delator.* Tertiò, ſi ſuam vel ſuorum injuriam proſequatur. *d. § item.* Quartò, quotiens citra calumniam ab accuſatione permittente judice, deſiſtere poteſt. *arg. l. abolitio. C. de abolit.* Quintò, ſi vaſallus ſuper inveſtitura contra dominum teſtificetur. *c. 1. in pr. quæ fu. prim. ca. ben. amit.* Sextò, quando ſe excuſavit, & judex non admittit eam, ſed urget, ut teſtificetur, quod tamen fieri nõ debet, *per text. eleg. in l. libertorũ. C. de teſtam.* Improba enim vox eſt liberti contra patronum.

## NEGANS FEUDUM.

CAuſa generalis ſeptima, ut ſi vaſallus à domino ſuper feudo convent⁹, negaret feudũ, aut diceret antiquũ, vel è contra eſſe: nam tunc convictus mendacii, privatur. *c. 1. § vaſall.. 1. et 2. ſi de feud. cont. fuer. int. dom. & agn.* niſi facta foret ignoranter & absq; dolo & lata culpa. *Bald. in d. §. vaſ.* Secundò fallit, ſi vaſallus dubitanter reſpondet. Tertiò, ſi vaſallus generaliter negando actioni reſponderet, ut nego narrata prout narrãtur, *Jac. de S. Georg. verſ.*

dictiq;

*dictiq; vaſ.* Quartò, ſi alius vaſallus injuſtè negari ſcierit, & domino non patefecerit, non privatur. *d. § vaſallus. 1.* cujus ratio eſt, quòd nemo ſeſe in teſtē ſpontaneum ingerere debet non rogatus.

## DETERIORATIO.

OCtavò, ſi vaſallus feudum deterioret inſigni detrimento, vel diſſiparet, *per Bald. c. 1. §. publ. latrones, de pac. ten.* aut ſi non legitimè exæquatur id, cujus cauſa feudum datum eſt, *per Alv. § quicunque tit. eod.* ut ſunt advocati, id eſt, patroni monaſteriorū, als Schutzhern oder Caſtenvögt/ aliâs advocatia, Vogtey/ quæ ſecundum conſuetudinem patriæ non eſt jurisdictionis, ut prætura, ſed defenſionis, quam habet Princeps meus Heñenbergenſis, ſuper monaſterio Braittingen, de quib⁹ advocatis habetur *in c. præterea. 2. de jure patr. c. in ſingulis. de ſtat. mon.* qui ſi magis ſubterunt, & ſpoliant monaſteria, hi meritò à feudo iſto excidunt.

## SUBDITI MALE TRACTATI.

IDem in ſubditis à domino malè tractatis, qui admonitus à ſuperiore non deſiſtit, dominus Jurisdictione privatur: facit enim ſe indignū dominio, & malè utitur ſubſtantia domini, qui ſubditos lacerat. *arg. l. ſi cum dote. §. ſi verò. ff. ſol. matr. Bald. in l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel al. jur.*

## USUFRUCTUARIUS.

IDem amittit fundum fructilē eo abutendo. *Paul. de Caſt. Auth. q. rem. C. de SS. Eccl.* vel ad intereſſe

domino fundi, quam pœnam elegerit dominus.

## FILIUS DELINQVENS.

Idem in patre, qui filium in dominum delinquentem, eo requirente ad dominum non deduxerit, vel à ſe non ſeparaverit, quod in electione vaſalli eſt. *c. 1. §. inſuper. de proh. feud. al. per Fed.* Hac enim deductione pater oſtendit iñocentiam ſuam. Idem in domeſtico vaſalli, dummodo à domino nõ magis puniantur, quàm qualitas offenſionis expoſcat, vel arbitrio boni viri *arg. l. pen. & ib. gloſſ. ff. de arb.* Sin verò filius vel domeſticus non volunt deduci, tunc mortuo vaſallo, niſi componant ſe cum domino, à feudo excluduntur. In Germania tempore noſtro multi eſſent ſub hoc caſu excludendi & deducendi.

## SUBVASALLI OFFENSIO.

Sin autem ſubvaſallus dominum directum offenderit, is cadet à feudo, & revertitur ad vaſallum mediatum. *c. 1. §. illud. de pro feud. al. per Fed.* Niſi pro ſatisfactione ſubvaſalli à domino requiſitus & vaſallus hoc neglexerit, tunc ambo excidunt à feudo, & ad dominum offenſum redibit. *d. § illud.* Sin autem verus vaſallus feudo privetur, tunc reſolvitur jus ſubvaſalli, & redibit ad dominũ; reſoluto enim jure datoris, &c. *c. 1. de al. feud.* niſi ſubvaſallus paratus eſſet domino ſervire & recognoſcere, tũc cæteris paribus audiretur, *arg. d. c. 1. § verſ. excepto. qual ol. feud.*

ol. *feud. al. pot. Joann. Fab. § fin. Inſt. de uſufr.* vel niſi in ſubinfeudationem dominus cōſenſiſſet, tunc apud ſubvaſallum remanet.

## VASALLUS CONTUMAX.

VAſallus trina vice per legitima dierum intervalla citatus, ad inſtantiam domini pro re feudali non comparens, Dominus mittetur in poſſeſſionem feudi, & vaſallo per annum in contumacia exiſtente, à feudo cadet. *c. 1. de mil. vaſal. qui cont.* aut ſi ſtatim declaravit animum ſe nolle venire, ſtatim ad pœnam procedendum erit. *Dd. in d. c. 1.*

Citatio quomodo in re feudali ſit extrahenda. *gl. magn. in d. c. 1.* magiſtraliter docebit. Et in ſumma omnes cauſſæ egregiæ ingratitudinis vaſallum privant; quæ omnia ſolertiæ judicis & diſcretioni committenda, qui tamen in re ambigua magis pronus eſſe debet ad abſolvendum, quàm condemnãdum. *d. c. 1. § prædictis c. 1. § ad hæc. Hic. fin. lex.* ex quibus colliguntur.

Frater ſi fratrem truculenta incarceratione detinuerit, aut occiderit. Idem ſi vaſall⁹ crimine parricidii ſe pollueret, etiamſi dominum non adpetierit, privatur. *Præpoſ. in c. 1. § fin. quæ fuer. prim. ca. ben. am.* Ex quib⁹ ſatis patet, vaſallum eſſe multis periculis expoſitum, remq; lubricam: licet apud nos in abuſum hujusmodi privationes partim venerint, & malè.

Eccleſia privatur, quando Prælatus dominum

offenderit feudi Eccleſiaſtici, tunc, quoad vivit, Prælatus offendens privatur, eo mortuo, Eccleſia reſtituitur.

Civitas an privetur, quæritur? Aut tota civitas delinquit, aut pars. In primo caſu privatur: In ſecundo ſecus, cum una pars alteri delinquendo nocere non poſſit, de qua materia vidend. *Bart. in l. 1. §. fin. ff. de pœn.*

An ſententia declaratoria op⁹ ſit, & quando privativa, quæritur? Et receptum eſt in cauſſis ipſo jure privantibus, ſententiam ſolam declaratoriam ſufficere. Neque dominus poteſt propria authoritate feudum auferre, niſi vaſallus patiatur, *arg. l. creditores. & ibi Dd. C. de pign. Dd. in c. 1. § item ſi fidelis. quib. mod. feud. am.* privatur enim ipſo jure per illicitam alienationem, *d. §. callidis*; & ſi qui alii caſus eſſent in jure feudali expreſſi. In caſibus autem, quib⁹ ex delicto privatur aliquis feudo, requiritur Citatio, Proceſſus & Judicium cum ſententia privativa, *Dd. in d. §. callidis. de prohib. feud. al. per Feder.* Fructus autem poſt ſententiam privativam vel declaratoriam à die commiſſi criminis (quo tempore in mala fide eſſe cœpit) perceptos, domino vel agnatis, ad quem vel quos aliâs eſſet reverſum, reſtituet; cuj⁹ ratio viva eſt: quia dominus vel agnati recipiunt id, quod eorum eſt, *arg. l. videamus. §. fi. ff. de uſur. Jac. de S. Georg. d. verſ. dictiq; vaſalli.*

Vaſallus pro commiſſo à domino in ejus vita nō inquietatus, quæritur, An poſt vaſalli mortem filius

lius inquietari poſſit? Iſtam quæſtionem in practica habeo contra Epiſcopum N. Et communis opinio *Doctorum eſt in d. § inſuper. de proh. feud. al. per Feder.* quòd non: delictum enim patris hoc caſu non nocet filio. *l. crimen. ff. de pœn.* niſi dominus offenſam ignoraſſet, *per l. mater. ff. de inoff. teſtam.* Secundò fallit, ſi domin⁹ ſe præparaſſet ad agendum, & vaſallus interea moreretur. Tertiò, niſi ejus generis eſſet offenſa, quæ ipſo jure privaret: quo caſu inſeparabiliter executionem ſecum trahit, *Doctores in d. §. callidis.* Quæ regula *ſupr.* poſita ampliatur etiam in hærede domini: niſi dominus, dum ſe ad agendum pręparaſſet, moreretur, vel alia juſta cauſſa impediretur, *Jacob. de Bel. c. 1. §. quibus mod. feud. amittatur.*

Felonia remitti poteſt à domino, ſi eſt ſecularis, ſecus in Prælato, q. ſolus absq; capitulo non poteſt; niſi in ejus perſonam cōmiſſum ſit, *Jacob. d. verſ. dictiq; vaſalli.*

Hic pgravis incidit quæſtio: An ſucceſſor Prælati teneatur ratam habere inveſtituram factam de feudo viventis, *juxt. c. moribus. ſi de feud. defin. contr. int. dom. & agn.* Et dicitur, quòd non: quia præſentium, non futurarum rerum habuit adminiſtrationem, *arg. c. 2. de preca. & c. ut per mutationes. de rer. permut.* Super quo diſtinguo: aut ille, vivente Prælato cōcedente, miſſus eſt in poſſeſſionem, conſentiente poſſeſſore, vel aliâs aperto, & tunc ratum

agnoſcet; ſi quidē per poſſeſſionis traditionem res ſuam periodum & robur irrevocabilis juris eſt cōſecuta, *qui ſuc. feud. dar. te.* Ampliatur procedere in omnibus actibus intuitu Eccleſię cœptis, geſtis aut conſummatis, aut ejus neceſſitate contractus initos adimplere tenetur & ſolvere, *c. dilecti filii. de for. comp. c. 1. de ſolu.* ſicut enim pater pro filio, ita Prælatus prædeceſſoris debita, ob neceſſitatem Eccleſiæ contracta, ſolvere tenetur: item pro ſua ſuſtentatione & æs alienum contractum. *Panorm. d. c. & c. præſentium de pign.* Secus in ſeculari feudo: caſu quo agnati cauſſam non habent à prædeceſſore per *Dd. in d. c. 1. qui ſucceſ. feud. dar. teneant.* Idem in ſucceſſore Imperii, niſi feudum purè & à nemine poſſeſſum concederet, *Præpoſ. & Dd. d. tit.*

## OBJECTIO CRIMINIS.

FIngamus: Dominus promiſit me inveſtiturum de feudo, ego interea feloniam committo, inveſtituram nihilominus in judicio peto; Quęritur, an dominus teneatur tradere inveſtituram? In quo diſtinguo: Aut dominus poteſt in continenti probare offenſam, & non eſt inveſtiendus, quia ſi jam feudum haberē, privarer: dolo enim petis quod ſtatim reſtituturus es. *l. dolo ff. de exc.* poſſet enim dicere dominus, hodie conſtabit, hodie agatur. *l. is à quo ff. ut in poſ. leg.* Aut nō poteſt, ſed res requirit altiorē indaginem, & tenetur inveſtituram tradere, quæ colliguntur ex *Alvarot. Præpoſ. & Dd. c. 1. ſi de feud.*

*feud. cont. fuer. int. do. & agn. & per Bald. d. § inſuper. ad quæ fac. l. fin. C. de compenſ.* Promiſſio enim liquida non debet ſuſpendi propter aſſertam offenſam, cui adhuc non expedita eſt probatio.

## PRIVATIO PROPRIETATIS.

E Diverſo, quibus cauſſis *ſup.* poſitis vaſallus privatur utili dominio, iisdem & dominus vaſallum offendens proprietate. *cap. 1. § domino ſi de feud. contr.* Hoc enim caſu ad paria tenentur, *cap. 1. inf. de form. fid. c. 1. qual. dom. propr. priv.* Ex quo inferimus, quòd ſi dominus uxorem vel ſponſam vaſalli adulteraret, filiam vel ſororem conſtupret, impudicè eas tangat vel adſectetur, eum proprietate privari, quæ apud nos hodie ſervantur. Sic filius domini in vaſallum delinquens, deducendus, &c. juſtitiam denegando, dimiſſipando vel deteriorando vel obligando proventus vaſalli & aliis omnibus caſibus.

Prælatus autem Eccleſiæ offendens vaſallum, privanda eſt Eccleſia proprietate, quoad vivit Prælatus, eo mortuo ad Eccleſiam redibit. *Alvar. in § fin. de cap. Cor.* De aliis remitto me *ad Dd. in locis allegatos.*

## SECVNDVM CAPVT PRINCIPALE AD QVEM FEVDA APERTA REVERTANTUR.

APeriuntur enim, aut refutatione, morte, delicto, aut defectu. Refutatione, ne id fiat cum

domini damno & injuria, *Dd. in c. 1. §. fi. de Cap. qui cur. vend.* diſtinguunt: aut feudum datũ eſt ad certum ſervitium, & vaſall' invito domino non refutabit, utputa ſi ſeſe ad ſpeciem ſervitii adſtrinxerit: aut in genere ſervitia ꝓmiſit, ut in omni feudo recto, tunc refutare poterit, quæ probantur per *Bart. in l. is cum quo ff. de aq. pl. arc.* Quamvis *Zaſius in tit. de feud. degen. f. 115.* de iſta deciſione multum dubitet, ex eo quòd ſolvendi incerta adeò conſtringant in effectu ſicut certa, & generis obligationẽ, non niſi per ſpeciem poſſe reſolui. *l. cum incertus. ff. de leg. 1.* & quòd generalia & incerta ſervitia per certas perſonas exæquantur; *gl. 1. l. ſi non ſortem. §. libertus. verſ. operæ. ff. de cond. ind.* Ego tamen puto diſtinguendũ; aut ad hoc certum ſervitium requiritur induſtria vel dignitas pſonæ, aut non. In caſu primo ſi æqualis induſtria & dignus ſufficitur, & tenet refutatio: aut non, tunc ſecus. In alio caſu locum habet ſupradicta diſtinctio, per ea quæ traduntur *per Dd. in l. inter: artif. ff. de ſolut.* Quo caſu *Trapezuntius,* non diceret eam aſiſtatam, id eſt, quæſtionem convertibilem, ut vel in ambobus caſibus refutaretur, vel in neutro. Quæ ꝓcedunt, etiamſi ſubfeudaſſet: refutando enim reſolvitur jus ſubvaſalli, per regulã, reſoluto jure, &c. *c. de al. feud. c. 1. §. rurſus. quib. mod. feud. amit.* Sin autem ſubvaſallus vult recognoſcere dominum verum, audiatur. *c. 1. §. 1. qual. ol. feud. al. pot.*

Subvaſallus an de evictione aget cõtra vaſallum?

In quo

In quo diſtinguo: Aut ſcivit iſtam rem antea feudalem, & non poteſt, imputet enim ſibi, &c. *l. quod quis.ff. de R. I. gl. d. §. rurſus. quib. mod. feud. amit.* ſciebat enim, quod reſoluto jure datoris, &c. niſi de evictione ꝓmiſſum fuiſſet: aut ignoravit, tunc ſecus.

Feudum novum refutatum ad dominum etiam in filiorum jacturã revertitur, niſi filii intuitu feudum datum eſſet, de quo *ſupra in 8. part.* Antiquũ refutatum revertitur, facta refutatione, ad filios, ſive vaſallꝰ in filiorum favorem, ſive ſimpliciter refutet, quia ſemper prima & potior cauſſa liberorum eſt. *Alv. c. 1. Imp. Loth. Eug.* Liberis autem maſculis nõ extantibus ad agnatos revertitur, *c. 1. de eo qui fi. fe. agn. & Alv. ibi.* Diviſione non obſtante, frater ſi in favorem alterius fratris, refutet feudum fratre vaſallo absq; liberis mortuo, diviſione & refutatione non obſtante, ad ſuperſtitem fratrem refutantem revertitur, ejusq; hæredes maſculos. *Alv. d. c. 1. Imp. Loth. Eng.* niſi hoc acto frater de iſto feudo tanquã de novo inveſtitus, & ſic natura feudi mutata fuiſſet, *per Alvar. loc. præalleg.*

De duabus ſpeciebus ſcilicet morte & defectu *ſupr. in p. 8.* abundanter dictum eſt.

Delicto feuda aperiuntur & revertũtur; Et primũ de alienatione; Aut feudũ eſt novũ & ad dominũ excluſis filiis. *§. fi. quæ fu. prim. cap. ben. am. et ibi Alv.* aut feudũ eſt antiquum & illicitè alienatum, tunc filiis alienatoris excluſis, ad agnatos revertitur. *c. 1. §. hoc quoq;. de feud. ſucc. c. 1. de alien. feud.* Secus ſi licitè alienatum, tunc revocando filius præferretur, *ut*

*ſupr. p. 8.* Idem ſi filius nihil haberet ex patris hæreditate, quia à feudo illicitè alienato nō excluditur. *Alvar. d. § fin.* Quo caſu bonam cautelam dat *Mart. Laud. in tit. an agn. vel filii def.* filiis, ut in vita patris renuntient hæreditati paternæ cum juramento: quo caſu in bonis feudalibus factum patris eos non obligaret. Regula ſupra poſita ampliatur procedere in feudo novo, licet ex pacto frater fratri ſuccedat. Hoc pacto non obſtante à feudo illicitè alienato frater decedente alio excluditur. *c. 1. §. Item ſi fuerint. quib. mod. feud. amitt.* Quæ tamen fallunt in alienatione commoditatis ad modicum tempus facta. Idem in neceſſaria alienatione, ut ſi per ſententiam condemnatus ad vendendum alii. Item ex transactione ſine fraude; aut ſi ignorans alienavit, de quibus refero me ad ea quæ *ſupr.* dicta ſunt.

## DELICTA SEU OFFENSÆ

### QVANDO DELICTVM PATRIS NOCEAT FILIO, VEL NON?

PRivatilia per ſequentes concluſiones ponamus. Prima eſt, quòd omne delictum privatile non ſolùm noceat patri offendenti, ſed etiam omnibus deſcendentibus: ſicut enim pater in curia honeſtè ſtare non poteſt: ita nec filius, cum ex vitiis paternis ad filiorum præſumatur; *Andr. de Iſern. c. 1. ſi vaſall. feud. priv. Bald. c. 1. § hoc quoq; de feud. ſucc.* niſi filius jure proprio veniat, tunc cum non veniat ex perſona patris, ſed jure proprio, delictum patris

non

non nocet. *Bart. in l. eum q. ff. de interd. & releg. Bald. in l. leg. C. de legit. hæred. Jac. de S. Georg. d. verſ. dictiq; vaſalli.* Fallit ſecundò ſi patre delinquente feudum adhuc apud filiũ foret, tunc ſi pater in vita avi moreretur, vel per ſententiã ſuper offenſa declaratus, ei futuro ſuccedendi jure privat', avo poſtea moriente, nepoti factum patris non nocet, ſed in feudo ſuccedit. Ita intelligitur *Bart. in d. l. cum qui ff. de interd. et releg. Bald. in c. 1. ſi vaſallus feud. priv.* niſi idem pater ſuccederet avo, & tandem nepos patri, tunc veniret ex ejus perſona. *Alvarot. d. § fin.* Secunda concluſio, ſi vaſallus ea ſpecie deliquerit, qua venirent ejus bona confiſcanda, tunc feuda redirent ad agnatos, non ad dominum, ſi antiquum foret; ita obtinuit *Bart. et Dd. in l. ſi finita. § ſi de vectigalibus. ad fin. ff. de damn. infect.* Tertia concluſio, novum feudum offenſa commiſſa revertitur ad dominum excluſis deſcendentibus, *de quo ſupra* niſi pater obtuitu filiorum acquiſiviſſet. *Alvar. in d. §. fin. quæ fu. prim. ca. benef. am.* Quarta concluſio. An feudum antiquum propter offenſam in dominum excluſis deſcendentib' & agnatis ad dominum revertatur, vel ad agnatos: De deſcendentibus clarum eſt; de agnatis autem magnus conflictus *Dd. eſt per gl. fi. in c. 1. § fi. de pac. jur. fir. & gl. contra in c. 1. § 1. de feud. ſucceſſione,* quæ tenet agnatos non excludi. Prima tamen opinio, quòd etiam agnati excludantur, evicit, quam recitat *Fr. Curt. 5. p. princ. ad longum col. 2. & 3. ex eo,* quòd in prima feudi conceſſione illa cõ-

ditio ineſſe ſubintelligatur, ſi primus cui fit conceſſio, & omnes ab eo deſcendentes erunt grati verſus dominum, *all. arg. l. cum quis. ff. de ſolut.* Ergò quamprimùm aliquis ex deſcendentibus primi inveſtiti cōmittit ingratitudinem contra dominum, ceſſat conditio; & non im̄eritò; ut habeat domin⁹ ultionem injuriæ ſuę, ad dominum revertitur, *ut latè per eum loc. all.* durum tamē erit obtinere apud nos judicio pariū. Limitatur tamen niſi generi eſſet conceſſum, vel patri & filio, aut domino conſentiente fieret offenſa, tunc volenti non fieret injuria. *Bald. in c. 1. §. aut ſi libell. quib. mo. fe. am.* tunc enim ad agnatos reverteretur. *Jac. de Ar. ſub. rub. qb. mod. fe. am.* Idē ſi vaſallus vim domini repellendo dominū offenderet, nō aperitur. *arg. l. cū major. §. ſi liber. ff. de bon. lib.* Item ſi feudū cōceſſum foret alicui, eò quòd dominū ab hoſtibus, à latronibus liberaverit, tunc nulla offenſa, & tum nec domino nec agnatis aꝑitur. *Bal. c. 1. verſ. aut quid ſi tale. an. mut. vel ſurd.* Quinta concluſio; quando in alium quàm dominū delinquitur, putà fratrē vel parricidii crimen obnoxium faceret, tunc ſi novum, ad dominum; ſin antiquū, ad agnatos ultra quartū gradum exiſtentes, & delinquenti conjunctos revertitur, & tandē numerando à quarto gradu omnes reliqui ſucced. in feudo, aliis intra quartū gradum excluſis propter conjunctionem & ſanguinis ꝓpinquitatem, *text. in §. fi. quæ fu. prim cauſ. cum multis aliis. Jac. de Bel. & Bal. §. ſi vaſal. culpam ſi cont. fuer. ubi Bal. dicit,* quantò proximiores,

tantò

tantò infectiores, facit. *c.1.ſi vaſ.feud.priv.* Sexta cōcluſio, vaſallus ſe ipſum interficiens ad agnatos transfert feudum, filios excludit, per *Bald.c.1. an ill. qui int. fr. dom.* Quo caſu cauſſa interficiendi animadvertenda eſt; an valetudine, aut ob criminis & ejus pœnæ timorē factum ſit, ſecundum diſtinctionē. *l.1.2.et 3.ff.de bon.eor.q mort.ſibi conſ.* Septima concluſio, ſi vaſal.requiſit⁹ à domino, ut eū comitetur ꝓ Cæſaris expeditione inſtruēda non veniat, perdit feudū, filiis & agnatis excluſis: cum hæc injuria totum Imperiū reſpiciat. *c.1.. §. firmiter. de ꝓh.fe.al.ꝑ Fed. & Dd.ibi.* niſi dimidiū fructuum ejus anni domino ſubminiſtrav. vel aliū in loco ſuo miſerit. *d. §. firm.*

Remiſſio offenſæ, an feudi naturā mutet, quæritur? Et puto diſtiguendū: Aut vaſallus feudo privatus eſt, vel declaratus per ſententiam, & poſtea remittitur, & deſuꝑ inveſtitur, & fit novum feudū: Aut adhuc ſententia non eſt lata, & delictū remittitur deſuperq; inveſtitur, & manet antiqua feudi natura; & ſic in primo caſu agnati non ſuccederēt, ſecus in ſecundo. *Jac. de Bel. & Dd. in d. §. in ſuper. de proh. feud. al. per Fed.* quod enim non cecidit, cur ſtare non permitteretur. *l. præcipimus. C. de appell.*

## PROBATIO INGRATITUDINIS.

AD probandā ingratitudinē requirūtur quinq; teſtes integræ opinionis famæ & fidei. *c. 1. quot teſt. ſint neceſ.* recipiūtur quorū opinio infamia etiam facto contaminata eſt. Per deploratæ enim fidei & vitæ teſtes, domin⁹ vaſallū enormib⁹ criminib⁹ op-

pugnare non debet. *Bald. in d.c. 1. qui text. non eſt apocryphus*, ſed conſtans & validus, *ut Dd. d. c. 1. præſertim Alvar. Jac. de Bel. & alii.*

Poſtremo videndum eſt, & incipiamus ſecundũ *Andr. de Iſern. Alvar. & Præpoſ. in c. Hic finitur lex. § conſequenter.* annum numerare à Septembri, & vaſallus moritur absq; hærede maſculo ante Calend. Mart. tunc ejusdem anni fructus ad dominum vel agnatos, ad quos feudum eſt reverſum, pertinent: ſin moritur poſt Calend. Mart. usq; ad Auguſtum incluſivè; quo caſu annus finitus eſt; tunc fructus ſunt hæredum univerſalium legitimorũ: aut poſt Auguſtum finitũ, aut dominus aut agnati ad quem vel quos feudum revertitur, quia annus poſt Auguſtum finitus eſt, & novus añus in Septembri incipit. Quæ intelligenda ſunt de fructibus adhuc naſcentibus; ſecus ſi nati eſſent in anno priori in Septembri tamen adhuc non collecti, qui etiam hæredibus cedunt; de aliis remitto me ad *Dd. ibi.*

# PARS VNDECIMA,
## DE FEUDALIBUS CONTROVERSIIS.

IN iſta parte videbim⁹, quis in cauſſa feudi judex eſt; In qua materia diffusè per *Dd.* tractata præmittim⁹; alia feuda eſſe in curia: alia extra curtem.

Exem-

Exempli gratia, Princeps Elector Saxoniæ habet diſtinctas curias, Saxoniæ & Thuringiæ, vaſalli Thuringiæ habent propriam curiam, Saxoniam non reſpiciens; & ideò controverſiæ feudales vaſallorum Thuringiæ determinantur à paribus iſtius curiæ: Sic in Comitibus, Baronibus & Nobilibus diverſos Comitatus, Baronatus, & poſſeſſiones habentibus, diverſas curias cōſtituentibus; & ideò quamvis Thuringia ſit ſub diſtrictu unius Principis, proportione ſua tamen dicitur extra curtem Saxoniæ. In curia autem dicitur id, quod unico titulo originali eſt acquiſitū, ut ſunt Ducatus originarii, & inter Nobiles ſimiliter. In Germania præſertim Francia Orientali Domini villarum, tùm territoriorum curias aliquando habent dominicales vel prædia libera, vulgò Schwaid/Clöſter/oder frene Höf/ quæ ſub ſe habent alias poſſeſſiones & prædia curiam dominicalē reſpicientia, unde cum dominus curiæ eas poſſeſſiones in Emphyteuſim vel feudum concedit, rectè dicuntur in curia, ut lis feudi coràm vaſallo iſtius curiæ determinetur. Cæterùm qui extra territorium & diſtrictum, ſub quo eſt curia illa dominicalis & feuda, à domino curiæ alia feuda tenet, is dicitur extra curiam eſſe, ut *ſupra*. Et ille qui extra territorium feudum à domino tenet, licet ſit vaſallus, ex curte autem iſta nō dicitur, ſed illa cujus diſtrictu ſubjacet, & quam curiam reſpicit: Et illi non funguntur jure dicundi de jure, licet hodie de facto contra uſurpetur, per

*Dd. c. 1. §. de feud. Guard.* His præmiſſis deſcendendum eſt ad duo capita principalia examinãda: Primum ponit competentiã judicis: In ſecundo formabimus proceſſum judiciariũ; de quibus nos per breves diſtinctiones explicabimus *ex Jac. de Bel. de inveſt. in ma. fac. & Alv. c. 1. apud quẽ vel quos.* In primis tamen ſciendũ eſt, jurisdictionem domini vel pariũ, ordinariam & particularem, non autem generalẽ eſſe, ſcilicet ad cauſſas feudales ſolùm limitatã, ꝓpterea. *l. ſi quis ex. ff. de Jud.* in illa jurisdictione locum non habet: Et ideò citatꝰ, de cujus ſubjectione non conſtat, non tenetur comparere ad allegandam exceptionem declinatoriam, *gl. not. in c. 1. de inveſt. in ma. fac. & ibi Dd.* Aut contentio eſt inter veros regni Capitaneos, ut Duces, Marchiones, ubi *ſupr.* de feudo toto vel ejus parte; quorũ uterq; dicit ſe ab Imperatore inveſtitum, & Imper. vel Rex judex eſt. *c. 1. apud quẽ vel quos. c. 1. de l. Corr.* Aut eſt cõtẽtio inter alios, ſive majores ſive minores vaſallos Imperii mediatos, ſive ſuꝑ toto, ſive parte aut ejus finibus, limitibus, ſeu pertinentiis feudi. Aut conſtat ambos eſſe vaſallos ejusdem domini, ut qui extra controverſum feudũ à domino feuda tenent, ſi lis totum feudũ reſpicit, vel iſti & dominus confitentur in caſu, quo ſuper parte litigatur, hoc caſu dominus judex erit, *§. præt. de proh. feud. al. per Fed.* Aut conſtat unũ tantum vaſallum eſſe de feudo aliquo, de quo nulla eſt quæſtio, & quæſtio eſt de alio feudo, inter eum & adſertum vaſallũ de feudo toto

vel

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113432-p0134-7

vel ejus parte, tũc pares erunt judices: Ita intelligũt *Dd.c.1.2.reſp.apud quẽ vel quos, cum concord.* Aut inter duos ambiguos vel adſertos vaſallos p̃tendentes jus ad fundum ab eodẽ domino, ut qui extra feudum controverſum nõ habent aliud feudũ à domino; & tunc aut uterq; dicit feudum ſuum propriũ, id eſt, à novo acquiſitum; & tunc propter incertitudinẽ juris vaſallitii, *Præp.§.præter. de proh. feud. al. per Fede.* Judex vel arbiter cognoſcet. *c.2.de leg.Corr.* Aut inter quorum uterque dicit feudum antiquum & ad eos tanquam agnatos ſpectare, tunc dominus cognoſcit cum curia. Quem caſum in practica contra famoſiſſimum *Dd.* per tres años diſputavi, licet clarè per cõſtitutiones feudales deciſus ſit, & tandem ꝙ mirandum eſt, ſuccubui, fortè ex eo, quod nimium fuerit judici ſubtilis; tandem ad Camerã negotium per remiſſionẽ devolutum eſt, quo loco Legum ſcita ſanctiſſimè nos defendent. Aut unus dicit feudũ antiquũ, & ad ſe ſpectare tanquã ad agnatum; alter, verò novum & ſuum proprium, & ſe à domino inveſtitum, licet de jure antiquo judex ordinari⁹ cognoſcebat, *ut c.1. in pr. de inveſt. in mar. fact.* Hodie autẽ pares cognoſcent, *text. eſt clarus. c. 1. an apud jud. vel cur. Præp. in §. præterea, de prohib. feud. al & per Dd. d. c. 1.* Niſi iſto caſu Dominus à vaſallo novum feudum p̃tendente, pecuniã acceperit ob feudum, tũc nec dominus, ut qui de evictione tenetur vaſallo; nec pares, qui propter dominum ſuſpecti ſunt, ſed judex ordinarius adeundus eſt, *d. c. 1. illud tamen. de inveſt. in ma. fact. c. 1. §. fin. autem. de leg. Corr.* Aut

contentio eſt inter duos diverſos inveſtitores prætendentes, & tunc judex vel arbiter. *c. 2. de leg. Cor.* Aut inter vaſallum & alium quem non conſtat eſſe vaſallum, ut puta agit rei vendicatione contra dominum directa, neq; ex aliqua feudi qualitate fundat ſuam intentionẽ, ut eſt *text. c. 1. ſi cont. fue. int. vaſallum & al. de ben.* tunc ordinarius vel arbiter judex erit; ita intelligunt *Dd. iſtum text. Johan. Blanch. de content. feud. col. 3.* Quo caſu dicitur lis orta inter vaſallũ, & extraneum activè & paſſivè, actor forum rei ſequitur: quæ colliguntur ex *tex. ſupr. dicto & verb. proprietatem*. Aut quęſtio eſt inter filiam vaſalli dicentem allodium & agnatos adſerentes feudum, & feudum remanet apud filiam. Aut judicialiter controvertitur & agnati ſunt iſtius agnationis, qui feudum acquiſivit, tunc utroq; in probatione deficiente, agnatis datur electio ſacramenti, *§ ad filias. qual. juram. deb. vaſ. ut jurent cum 12. ſacramentalibus*; quod tamen ab aula receſſit. Et ideò puto pro filia poſſidente judicandum ex regula, Actore nõ probante. *l. qui accuſ. C. de Edend.* túm meliorem conditionem eſſe poſſidentis. Tertiò ex juris præſumtione omnia bona eſſe allodia, niſi ſervilia probentur. *l. altius. C. de ſervit. & aq. Jacob. de Ard.* videtur inclinare in hoc, *de contr. feud. in fin.* Aut quæſtio eſt inter vaſallum & dominum, ſive ſuper inveſtitura, ſive ſuper amiſſione vel feudi refutatione, pares curiæ judicabunt, *c. 1. § pe. de proh. feud. al. per Fed.* Hic tamen animadvertendum eſt, quod quando caſus

in jure

in jure feudali non eſt determinatus, nobis recurrendum eſſe ad jus commune. Quilibet enim ſtudioſus indagator absque calumnia poteſt uti lege ſcripta, ubi caſus in conſtitutionibus feudalibus non eſt deciſus, *per Joan. Blanch. in tit. de contr. feud. coll. fin. Idem Præpoſ. c. 1. qui feud. dar. poſſ. verſ. & quia col. 2. n. 42.* Et ideò limitat *Panorm. in d. c. cæterum. de Judic.* de vaſallo & domino, ut procedat ſi agitur ſuper jure feudali conſtituto, ſecus ſi tractaretur de conſtituendo, cum ille caſus non reperiatur deciſus in jure feudali; Ergò manendum in diſpoſitione Juris communis. *§ ſtrenuus. de feud. cogn. de quo vide Franc. Curt. 7. part. in fin.*

Eliguntur autem pares à litigatoribus: ſi non concordare ſe poſſunt, eligat dominus unum vel plures, totidem vaſallus, ut æqualis ſit numerus judicum. *c. 1. per Dd. de contr. inven. ap. par. tert.* Hæc tamen à curiis receſſerunt per uſum contrarium; cum ſolius domini judicum ordinatio ſit, quæ non ſolùm juri feudali contraria, ſed etiam jure civili reprobatur. *l. obſervandum. ff. de Jud.* cum paritas in judiciis ſit ſervanda, ut vitetur confuſio, *arg. 2. q. 1 c. ſi quisquam.* Hoc enim caſu fraus legi fit, per interpoſitum perſonam judicare. Nam is judicat, qui alteri, ut judicet, committit. *Andr. de Iſern. c. 1. § præterea ſupr. d. loco.* Et ideò contra juſtitiam moralem pugnat, quæ conſiſtit in judiciorum æqualitate. Porrò contra præcepta naturalia, quibus cavetur; quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, nec



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113432-p0137-3

ad imparia dominus & vaſallus tenentut. *22. q. 5. c. de form.* maximè in Prælatis, cum cultores & authores juſtitiæ eſſe debeant, neque aliquid fieri contra eam pati. *text. in c. 1. §. ſed diverſum de al. fe.* Domino autem juſtitiam facere nolente, tria remedia dat vaſallo *Fr. Curt. 7. p. princ.* Aut imploret auxilium ſuperioris, ad cogendũ dominum ad participandam juſtitiam: Aut proteſtatione facta denegatæ juſtitiæ conveniat adverſarium coram ordinario judice ipſius rei, ex regula, *Actor forum, &c.* Aut recurrat in defectum juſtitiæ ad ſuperiorem. Pares autem juramenti vinculo adſtricti ſunt ad dicendum jus, dnmmodo malitioſè deneget, *per Jacob. de Ard. ſub rubric. de controverſ. feud. f. 2.* qui multa ad hoc jura alleg. *c. ex transmiſſa. de feud. & benefic.*

Conſequenter quæritur, quis ſit Judex in cauſſa poſſeſſoria? de qua materia magna concertatio eſt apud *Dd. in c. cæterum. Ext. de Jud. & c. ex parte. de for. comp.* Breviter puto diſtinguendum: Aut poſſeſſorium intentatur civiliter ad recuperandam poſſeſſionem; Aut uti poſſidetis; & controvertitur inter duos vaſallos; Et dominus eſt judex. Sin verò inter vaſallum & dominum, & pares erunt judices, ſicut in petitorio: ſi quidem in poſſeſſoriis agitur ſimiliter ut in petitoriis ad rem feudalem: cum quæſtio poſſeſſoria ſit preparatoria quæſtionis petitoriæ. *c. cum dilect. Ext. de cauſſ. poſſ. et ppr.* Judexq; præparati debeat eſſe, Judex preparantis &

contra

contra, juxta doctrinã *Bald. in l. ordin. C. de rei vind.* Tùm quòd ratione poſſeſſionis inter ſit dominorũ, ne extraneus re feudali malè utatur. *§. cõmod. Inſt. de interd.* quam opinionẽ tanquam cõmunem tenent *Joan. de Imol. Panor. Fr. de Aret.* & cõmuniter *Moder. in d. c. cæterum. Ext. de Jud. Jac. de S. Georg. d. verſ. & dicti vaſalli. idem Fr. Curt. d. part. 7. q. 6.* dummodo agat jure feudi. Aut agit ſuper poſſeſſorio ad vindictam, præter pœnas à jure feudali ordinatas, utpote non ex conditione ex l. feudali, ſed intentaretur remediũ. *l. ſi quis in tantã. C. unde vi. Fr. Curt. 7. part. in f.* tũc coràm ordinario. Et ideò ſive criminaliter, ſive civiliter agat ad vindictam actione injuriarũ, vel *l.* Aquil. vel ex alio interdicto, ordinari' loci judex erit. *§. ſi duo. §. ſi tres. de pac. ten. Alvarot. Apud quem vel quos. col. 3.* Idem erit ſi extraneus agat ſuper ſpoliatione contra Titium, qui dicit ſe vaſallum. *c. verum. Ext. de for. comp.* Niſi conventus dicat rem eſſe feudalem, & nominet dominum in judicio. Quo caſu ſi per ſummariam cognitionem reperitur eſſe feudum, remittitur ad dominum feudi, *per c. ſi Clericus. Extr. de foro compet.* Aut proceditur criminaliter, & cognitio erit ordinarii. Judicium enim criminale à civili ſeparatum eſt; *per Alvar. d. c. 1. apud quem vel quos. alleg. l. Solemus. ff. de Jud.* An autem dominus ſuper ſpolio à vaſallo cõveniri poſſit, poſt magnum certamen *Jacob. de S. Georg. d. verſ. commod. opinio Dd. Imol. & al. in d. c. cæterum* evicit, quòd non; per elegantem textum *in l. li-*

*berto.ff.de obſeq. lib. patr. præſt.* Conſultũ eſt igitur, ut vaſallus contra dominũ actione in factum ſimplici *per ſupr. d. in tit. de oblig. recip. verſ. debitor dominus*, experiatur honeſtis honorificisq; verbis, non contumelioſis & rigidis. *arg. l. ſi ſuperſt. C. de dol. mal.* ſalvaq; reverentia cum eo agat. *c. 1. § ſi verò vaſ. de mil. vaſ. qui contr.* Et cum pares recuſari de jure civili nõ poſſint. *l. nemo. de Juriſd. omn. judic.* adjungatur illis unus, cujus præſentia purgetur ſuſpicio. *l. ſi tutor. ff. de ſuſp. tut. Auth. ſi contigerit. C. de Jud.*

## QVÆSTIO PRÆPARATORIA, DECLINATORIA VEL PRÆjudicialis.

SIn autem inter dominum, qui non ſit ſupremæ eminentiæ, & vaſallum lis oriatur, ut ſi dominus vaſallum neget, & bona allodialia dicat, tunc coram ordinario loci ſummaria cognitione diſcutitur, an ſit res feudalis vel non, & ſi compererint eſſe feudalem, ad pares remittetur. *Panor. & Dd. d. c. cæterum Alvar. c. 1. apud quem vel quos.* ſive vaſallus dominum, ſive dominus vaſallum conveniat; & quotiens non conſtat litigantes eſſe vaſallos, ſed eſt dubium, recurritur ad ordinarium, ut cognoſcat de illa exceptione tanquam præjudiciali. *§ præjudiciales Inſt. de Act. et fac. arg. c. tuam. Ext. de ord. cog.* & ſi ſibi conſtabit, remittet vaſallum ad pares; ſin non, ad ulteriora in cauſſa principali procedet. *Fr. Curt. 7. p. q. 7.*

## PROCESSUS JUDICIARIUS.

QVALificato Juriſdictionis ſtatu, ad ſecundum caput principale deſcendimus, & de proceſſu ejus aliqua formabimus; Et breviter dic ſecund. *d. gl. magn. de mil. vaſ. Alvar. & Dd. in c. Imperialem. §. penult. de proh. feud. al. per Fed.* citationem fiendam, ſicuti Jure civili: *in tit. novum non pater. in novis libr. de mil. vaſall. c. dominus vacat.* libellum concipiendum, totumq; ordinem judiciarium obſervãdum, quia ubi deficit jus feudale, recurrendũ eſt ad l. ſcriptam. *c.1. de feud. cogn.* Juramentum tamẽ calumniæ non eſt jurandum, ſi lis vertitur inter dominum & vaſallum, ſive vaſallus contra dominum, ſive dominus contra vaſallũ agat. *c.1. §. et cum datur. Hic fin. lex. Jacob. de Ard. de contr. feud. verſ. ſacramentũ verò col. 2.* ſicut patri contra filium remittitur, & his quæ pro eis in cauſſa ſunt allegata.

## PROROGARE.

QVÆritur ſubſequenter an vaſalli poſſint prorogare Juriſdictionem domini, ſine conſenſu domini? Et communis concluſio eſt, quòd non: ex hac ratione, quia Imperator ſpecialiter hanc cognitionem dedit domino; unde ſi fieret contrariũ, fieret contra legem, & per conſequẽs. non valebit, quod actum eſt. *l. non dubium. C. de leg. Fr. Curtius d. 7. p. q. 5.*

Nunc ad merita cauſſæ & ꝓbationes: Quæ bre-

viter per ſex concluſiones explicabimus. Prima, ſi domini ſucceſſor vaſallo, qui alia feuda prẹter controverſum non tenet ab eodem domino, revocationem inveſtituræ petenti negaret rem feudalem eſſe, vaſallusq; literas inveſtituræ à defuncto habitas oſtenderet, dominus pro fundatione parium jurisdictionis, compellitur judicio parium inveſtituram dare verbalẽ, id eſt, abuſivam. Juramentum autem fidelitatis differtur, donec cognoſcatur de cauſſa principali. Quòd ſi is vaſallus aliud feudum non controverſum à domino habeat; tũc de feudo controverſo per ſententiam parium inveſtiri, & juramentum fidelitatis præſtare debet, & poſtea de cauſſa principali cognoſcendũ. *c. 1. de contr. int. Epiſ. & vaſ. verſ. ſed laudatum ſæpè ſcio.* Et ſic verus vaſallus eſt inveſtiendus, & jurandum. Adſertus verbaliter licet inveſtiatur, tamen ad jurandum ante cognitionem cauſſæ principalis non eſt cogendus.

An autem poſịtioni negativẹ, Tu non es vaſallus, reſpondendum ſit? Quam quæſtionem tangit *Præpoſ. c. 1. inſ. de contr. inveſt.* Et dicitur, quòd non *per c. 1. de Confeſſ. lib. 6. l. 2. §. quod obſervare. C. de Jur. cal.* Subjicit tamen *Bald.* judicẽ ex officio poſſe partem interrogare, cui reſpondere teneatur. *per c. cum Joan. de fid. inſtr.* maximè cum ſimus in poſitione negativa facta ab ea parte, quæ probare tenetur, *per not. in l. nam & poſtea. in pr. ff. de minor.*

Concluſio ſecunda; Quando conſtat rem eſſe feudalem, ſed controvertitur, an feudum ſit pater-

num,

num, ſive novum, & tunc in dubio præſumitur potius paternum, quàm novum. Sic magis rectum, quàm non rectum, niſi è diverſo aliqua præſumtio pugnet, qua adverſarius adjuvetur. *c. 1. §. fin. de grad. ſucceſſ. c. 1. in pr. ſi de feud. contr. fuer. int. do. & agn.* Ut ſi dominus feudum poſſideret, qui æquè præſumtione niteretur unica: ideò illa præſumtione non obtineret vaſallus, *per Doctores in tit. de grad. in feud. ſucceſſ.*

Concluſio tertia ex præcedenti ſequitur, allegans qualitatem, ſuper qua jus ſuum fundat, etſi pro eo nulla eſt præſumtio, qualitatem probare tenetur, ſive actor ſit, ſive reus. *d. c. 1. de grad. ſucceſſio.* imò poſt probationem actoris, etiam reus ſuper diverſis capitulis in modum defenſionalium probare poterit. *Alvarot. c. 1. §. item ſi vaſallus, de contr. inveſtitura fact. l. actor. C. de probat.* Ex quibus ſequitur, ut ſi quis dicat feudum guardiæ, aut rem in pignus datam prætendat, probet illas qualitates *Bald. in l. fin. C. de cond. ind. Caſtren. in l. ſi. per alium. §. docere autem. & ibid. text. ff. ne quis eum, qui.* & ei ſtabitur, niſi vaſallus diverſum poſtea probaverit. *c. 1. §. item ſi vaſallus. § ſimiliter. de contr. inveſt.*

Quarta concluſio: Illum ab onere probandi relevari, qui rei controverſæ ſive in toto, ſive in parte in poſſeſſione eſt; & ideò actore non probante, ipſi poſſidenti juramentum defertur. *c. 1. §. cum autem, de contr. inveſtitura.*

Quinta concluſio, ſi alterutra pars plenè probavit, poſſidens obtinebit. *c. 1. de feud. int. do. & vaſall. de por. fr.* Sin verò adverſarius nihil probet, juramẽtum poſſidenti defertur, ſecũdum arbitrium judicis, ex conditione rerum & perſonarum. Quæ & obſervantur neutro poſſidẽte, & ſi alter ſemiplenè probaverit. *c. 1. § ſacramentũ. de conſuet. rect. feud.* Aut utræq; partes in probatione pares ſunt; Et in arbitrio judicis ſtat, utri juramentum deferat. *d. § ſacramentum*, qui clavis eſt hujus materiæ. Hinc autem notabilis inſurgit quæſtio, qualis debeat eſſe hujusmodi? Ad quod *gl. & Dd.* præcipuè *Præpoſ. in c. 1. de contr. inveſt. col. 3. prope fin.* reſpondent, requiri quòd vaſallus ad minus per annum poſſederit, ſciente & non contradicente domino & bona fide; maximè quando agitur judicio poſſeſſorio: ſecus ſi petitorio; tunc enim 30. añ. præſcriptione ſtandũ eſt. *præall. loc. c. ſi quis per 30. ſi de feud. fuer. cont.* Quòd ſi verò dominꝰ poſſideat, & vaſallus adſerens feudum paternũ: cùm in hoc caſu poſſeſſio elidat præſumtiones vaſalli; certè cum juramento dominus ab impetitione abſolvetur. *Dd. in tit. de grad. ſucceſſ. in feud.* Sin verò vaſallus poſſideat collatis utrinque præſumptionibus cum juramento contra dominum obtinebit.

Concluſio ſexta, ſi diſceptatur ſuper incremento feudi; Aut vaſallus probat ad ſe pertinere per inveſtituram, & obtinebit; ſin minus, juramentũ ei defertur; niſi dominus in feudo feudali aliquod

jus

jus ſibi reſervaverit, aut ſit in incrementi poſſeſſione. *d. c. 1. § ſi quis de manſ. de contr. inveſt. de quo Jacob. de Ard. loc. all.* Teſtes qui eſſe debent? *Dd.* dicunt eos eſſe debere pares: ſed in ſupplementum extraneos etiam adſumi poſſe. Quæ tamen unà cum ſacramentalibus ab aula receſſerunt; niſi in puncto purgationis ſecundum ordinationem Imperii, ubi ſuſpectus de pace violata, cum ſeptem ſacramentalibus ſe purgat, cæteris paribus.

Conſequenter quæritur, an reconventio locum habeat in judicio parium? Et concluditur ex mente *Dd. & gl. ord. in c. de contr. feud. ap. pater.* ſive reconventio reſpiciat rem feudalem, vel non, ſive ſit obſtativa, præjudicialis, ſive ſimplex, aut compatibilis, quòd ſic, & per *Bald. d. § præterea de proh. feud. al. per Fed. col. 3. Jac. de S. Georg. verſ. & dicti.* Et ſic de omnibus cauſſis actor reconventus ſe defendere tenetur:

Conſequenter & quæritur hoc, poſtquã ſententia eſt lata, ad quẽ appelletur in cauſſa feudali? Ubi communis concluſio *Dd.* eſt, ut ad proximiorem ſuperiorem dominum illius feudi ſit appellãdum, poſtea ad magis ſuperiorem; ultimò ad Imperatorem. *Can. in d. c. cæterum. de Jud.* Ex quibus alia ſequitur deciſio; licet pares vel alius vicarius deputetur ad cauſſam, & contingat appellari; quòd appelletur ad deputantem vel delegantẽ. Sic licet Princeps meus Henneberg. deputet pares ad jus dicendum; appellatio nihilominus ad eum ſpectat, per-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113432-p0145-8

ea quæ traduntur per *Franciſcum Curt. 7. pag. q. 12.*

Executio: In quo caſu diſtinguo: Aut ſententia privativa, aut alia præjudicialis lata eſt per pares præſente parte: Aut contra contumaciter abſentem proceſſum; & dominus vel alius in contumaciam ex primo vel ſecundo decreto mittendus eſt in poſſeſſionem rei feudalis. In primo caſu, poſtquam laudatum vel ſententiatum eſt, exequitur per dominum, ut qui primam facultatem habet convertendi in ſuos uſus. *Joannes Blanch. de content. feud. in fin. alleg. c. Imperialem. §. finitur. de feud. ſine culpam non amitt.* In caſu ſecundo, miſſio fit per pares, per eundem *Blanch. titul. qual. feud. comm. pot. à vaſallo auffer. in f. vide Specul. de executione ſent. §. 2.* Caſu autem quo res feudalis extra juriſdictionem ſita eſſet, arbitror conſultum eſſe pro executione, pares vel dominus ſcribant literas mutui compaſſus judici illius juriſdictionis, per ea quæ traduntur *per text. & Doctores in l. à Divo. §. ſententiam. ff. de re jud. l. fin. ff. de Juriſdictione omn. jud. c. Romana. de for. comp. in 6.*

Ultimò quæritur, an ſententia lata ſuper feudo antiquo noceat agnatis illius, contra quem pronuntiatum eſt? Quo loco, licet diſtinguatur; an agnati hoc judicium ſciverint & tacuerint, vel ignoraverint, per ea quæ ad longum traduntur per *Curtium ſeptim. part. quæſtio. non.* Conſultiſſimum arbitror, ut actor denuntiet litem omnibus quorum intereſt, ſive jus habeant expreſſum, ſive de

futuro;

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113432-p0146-3

futuro; vel ut illi citentur, quod cautius eſt: E diverſo ut purgetur eorum, id eſt, agnatorum non citatorum taciturnitas, proteſtentur de jure futuro conſervando neq; conſentiendo. Quo caſu illa proteſtatio conſervaret jus de futuro ad eos devoluturum, arg. eorum quæ trad. in *l. ſi debitor. ff. quibus mod. pign. ſol. l. non ſolùm. §. morte. de op. nov. nunt. cum concord.*

# PARS DUODECIMA,

## DE FEUDIS DEGENERANTIBUS.

HActenus juſtum *D. Zaſii* ordinem ſecuti, operæ pretium arbitramur eundẽ ad finem usq; proſequi. Præterea cum ſuperius de recti feudi natura & ſubſtantia per aliquot ſpecies tractaverimus; facilius nunc cognoſci poteſt natura feudi non recti, *ex reg. vulgo oppoſitorum*, quam pro pleniori declaratione ſummatim repetem⁹. Eſt enim compendioſa natura recti feudi, ut ſit transitorium ad hæredes, & ſic perpetuum: Item gratuitum & ex beneficio domini originẽ ſumſerit: Item quòd vaſallus juramento fidelitatis ad incerta ſervitia obligat⁹ ſit: Item quòd ſit in re im̃obili: Item ſine domini & agnatorũ cõſenſu inalienabile: Item

quòd ſine culpa nõ amittatur, niſi refutetur, & alia id generis. Quę ideò cognata eſt feudis, ut in dubio ſemper ineſſe præſumatur, niſi per pacta improprietur. *Alvar. in prælud. feud. diviſ. 3.* cui præſumtioni ſtatur, donec contrarium probetur. *Salic. l. neq; natales. C. de prob.* quod vulgò dicitur zu rechtem Lehen: quam dictionem aliqui volunt ad feudum fœmininum extendere; quod tamen nõ tàm contra naturam feudi, quàm abſonum eſt. *vid. Zaſium conſ. 13. p. 1.* Principaliter tamen ſciendum eſt, licet feuda contra naturam recti feudi concedantur; in reliquis tamen capitulis quę non ſunt alterata, feudum manere in ſimplici & recta natura: *Dec. conſ. 193.* Quare ad ſpecies feudi degenerantis procedemus.

Feudum Guardię & Caſtaldię degenerat ex hoc, quòd eſt annale, & poſt annum revocari poteſt, etiam pretio nõ reſtituto. *c. 1. de feud. Guard.* Imputet enim ſibi, qui ſciens pro hujusmodi feudo pretium ſolvit. *arg. l. 1. ff. de cond. ind.* Dicitur autem cuſtodia alicujus caſtri vel civit. &c. Item, gubernatio rerum dominorum, Caſtaldi, Vicedomini, vel gubernatores: Sic etiam feuda Advocatiæ, Cancellariatus, de quibus *Dd. d. c. 1.* Procurationis, quæ ceſſant officiis ceſſantibus.

Probatio cui incumbat, An vaſallo aſſerenti feudum, quod poſſidet, ſimplex & rectum; aut domino dicenti id eſſe Guardiæ vel Caſtaldiæ? Et diſtinguo: Aut vaſallus fatetur ſibi cõmiſſam Guardiam:

diam: Aut negat, ſibi nullam eſſe commiſſam. In primo caſu pręſumitur eſſe feudum Guardię, & tenetur negativam probare. *c. 1. § 1. de feud. Guard.* In ſecundo dominus gravatur onere probandi, *c. 1. §. Item ſi. de cont. inveſt.* & ſic præſumitur ob Guardiam & officium, durante officio, annale feudum accepiſſe & conceſſiſſe; *Alvar.* poſt *Dd. d. c. 1. §. 1.* quod eſt cõtra officiales, ut qui dominos perfraudẽt, facilè præſumatur, & ſibi uſurpent quicquid poſſunt. *gl. in l. defenſionis facultas. C. de Jur. fiſc.* Ita ſi quis teneret feudum ab aliquo domino, itidem in pignus aliqua immixta iisdem bonis feudalibus, ab eodem domino haberet, & dominus pignus redimere vellet, vaſallus replicaret bona iſta eſſe feudalia; certè vaſallus probare teneretur, tanquam allegans perpetuam qualitatem. Feudum ad certa ſervitia deſtinatum degenerat; *c. 1. in f. & ibi gl. & Dd. de Cap. q. cur. vend.* ut fermè omnia officia ſunt; Servitium conditionatũ autem præſtatur: Aut enim ſervitiũ eſt dividuum, & ſinguli hæredes præſtant pro portione hæreditaria. *arg. l. ex ea. C. famil. erc. Alvar. c. 1. § omnes. ſi de feud. contr. fuer. int. do. & agn.* Aut individuum, & tũc unus omnium nomine, vulgò, ein Träger/ præſtat, *arg. l. jam tamen. §. ſi tamen plures. ff. ſolut. mat.*

Feudum emtum degenerat, de quo *ſupr.* Pignus autem non conſtituitur in feudo, ſub pacto legis commiſſoriæ, ut ſi propter pecuniam mutuò acceptam impignoravero tibi fundum, cum pacto niſi

ad temp' ſolvero, fundus tibi ſit feudalis *c. 1. de feud. dat. in vicem leg.* Niſi per pacta transferatur poſſeſſio hoc pacto, ut ſi mihi melior conditio exiſtat, liceat auferre, & ſimilia, *per Doctores in d. c. 1.* quia iſti contractus ſunt puræ emtiones, & ſub conditione reſolvendæ. *l. pacta. de contr. emtione l. 1. & 2. ff. de in diem adject.* Secus ſi per pactum dominium non transferatur, *Zaſius ibid. 12. p. f. 18. ad long.* Ejusdem ſpeciei degenerantis eſt, ſi dominus ob aliquam ſummam receptam à vaſallo feudum concedit, hoc pacto, ut ſibi liceat pro libito redimere, & redemto feudo aliud pro pecunia comparet, quia hoc non eſt gratuitum, in cæteris tamen feudum manet. Cujus farinæ eſt ſi ex familia antiquior feudum concedit pro libito extraneo, quoad vivit, eo decedente expiret conceſſio; quæ feuda multa apud Germanos ſunt, vulgò hand oder gemeine Lehen/ quia non ſunt perpetua, neq; ad hæredes tranſitoria.

Pignoratitium feudum Pfandlehen/ ut quando accepta pecunia feudum dominus impignorat, ut facilius ſuccedant & maſculi & fœminæ, tamen reliqui legitimi hæredes ſuccedunt tantùm in pignus, non in feudum. Quæ tamen res miſerè defalcat ſubſtantiam dominorum, cujus multa poſſem adducere exempla. Inventa eſt alia magis perniciosa ſpecies, quòd aliqui vendunt domino aliquam certam ſummam pecuniæ, hoc acto, ut annuatam penſionem tanquam de feudo perſolvat,

ſuper

ſuper qua faciunt ſe eorumque hæredes quoſcumque inveſtire. Quod eò dicitur degenerans, quia conſtituitur in re mobili, ſacramentum non præſtatur, omnesq; hæredes in eo ſuccedunt, & quod emtum eſt, & ideò magis dicitur emtio, quàm contractus feudalis; quod fermè alludit ad feudum cameræ; niſi quòd camera penuria preſſa in hoc feudo exſolvenda ſit penſio.

*Et cui dederit*; Hæc dictio facit degenerare. Nam ſi conceditur ſibi & hæredibus, ne & cui ille dederit, absq; conſenſu domini alienetur. *cap. 1. de feudo non hab. prop. nat. feud.* & eo caſu habebit tanquam allodium. *Doctores in dic. cap. 1.* Cautio adſertoria tamen eo caſu ab emtoribus feudi præſtanda eſt domino, ut ſi ea bona fortè fierent vacantia, quod dominus vel ejus ſucceſſores ad ſe revocare poſſent, tanquam ad ſuam originem. *Bald. dic. cap. 1. de feudo non habent.* dummodo illa alienatio fiat ea natura, qua ipſe venditor vel vaſallus eam habuit, quia nemo poteſt ſibi mutare cauſſam poſſeſſionis. *l. nemo. C. de adquir. poſſeſſione.* Itidem feuda fœminina, niſi per conſuetudinem diverſum inducatur, ut maſculi & fœminæ ſub ſimplici vocabulo feudi recti zu rechtem Lehen/ ſuccederent, quòd uſuvenit in feudis quorundam Epiſcopatuum & Præpoſiturarum, ſo von dem krummen Stab zu Lehen rühren.

Feuda habitationum, quæ cum perſonalia ſint, degenerant. *c. feuda habitationum, de exord. cap.*

quæ cum apocrypha ſit, ex jure cōmuni probatur. *l. ſi habit. §. ad hæredem. ff. de uſu & hab.*

Feudum Cameræ vel Cavenæ: ut quando aliq̃d annuum ex Camera vel loco theſaurario, vel ex vectigalibus, vel menſa argentaria ſolvitur; quæ tamen nō ſolvuntur, ſi ęre alieno vel penuria Camera premeretur. *c. 1. inf. de feud. cogn. & ibid. Alvar. & Doctores.*

Soldatę feudum degenerat, quod contigit mortuo Matthiæ à Mörlins, ut quando nobili de añua aliqua præſtatione ſub titulo feudali (vulgò einer Pfründ oder Leibgeding) ad inopiam redacto, quãdoq; conceditur, quod finitur poſt mortem dantis & recipientis. *c. 1. §. ſoldata. quis dicat. dux.* Item ſi conceditur ut pro ſervitiis annuatim penſionem vini, frumenti, &c. præſtet, degenerat ob incerta ſervitia. *Jaſ. in prælud. feud.* Item ſi feudum concedatur alicui cum directo utiliq; dominio, omnibusq; actionibus, juribus & pertinentiis; præſtito tamen fidelitatis juramento à natura recedit: Subſtantiã tamen retinet, & dicitur feudum improprium, uti per *Præp. & Jaſ. in præl. feud.* diffuſè hæc tractantur.

Fidelitatis remiſſio degenerare facit feudum, nihilominus tamen vaſallus ad capitula fidelitatis obligatus eſt. *Alvar. Præpoſ. in prælud. & text. in c. 1. §. nulla. per quos fiat. inveſtit. cum concord.* Fidelitas enim in ſubſtantia remitti non poteſt.

Francum; de eo ſupra diffuſè explicavimus. Et quòd hoc regulariter incōſulto domino non poſſit alie-

ſit alienari, teſtatur *Bald. in præl ud. 8. diviſ.* Item feudum acquiſitum ſine inveſtitura degenerat, eo caſu, quo vaſallus etiam de voluntate domini corporalem poſſeſſionem occupaſſet; Et ſi intra annum moreretur, hæredes non ſuccedent, ſecundũ communem intellectum. *c. 1. quib. mod. feud. conſt. pa.* Sin verò per añum in poſſeſſione manſiſſet, jam incipiet eſſe rectum feudum. Aliâs autem ſpecies degenerantes facilè cognoſci poſſunt, ex tenore inveſtiturarũ, qui veluti ſcopus omnisq; feudi ſtatus diligentiſſimè attendendus eſt. *gl. c. 1. de feud. nõ hab. propr. c. 1. §. nulla. per quos fiat inveſt. gl. c. 1. de duobus fr. à Cap. inveſt. Dec. d. conſ. 193.*

Ultimò notandum eſt; regulariter nihil eſſe novum, quod antiquum fieri non poſſit; nullumque antiquum, quin ab initio fuerit novum. Præterea licet feudi novi natura vertatur in antiquum, vel antiquum in novum; tamen ut qualitates accidentales ſubſtantiam feudalem non evertunt: (perinde enim ſurcul⁹ recens plantatus nõ ita diffunditur ramis, ſicut arbor jam annoſa) ita feudum novum non extenditur ut antiquũ. Et ideò cum prædictæ qualitates non mutent vel evertant feudi ſubſtantiam, receptum eſt feudum novum jure antiqui, & antiquum jure novi conſentientibus agnatis concedi poſſe, niſi ſit Eccleſiaſticum. *Dd. & Bald. c. 1. de alien. feud. pat. & Dec. conſ. 185.*

Et ſic, Deo dante, ſublevandorũ futurorum noſtrorum laborum gratia, materiam iſtam in ſum-

mam, pro temporis brevitate & judicii imbecillitate, quantumque negotia publica ferre voluere, collegimus. Laus DEO.

# PARS TREDECIMA,

## DE BONIS EMPHYTEUTICIS.

HActenus collegimus, quæ putamus ſpectare ad recti degenerantisq; Feudi materiã. Nunc de contractu Emphyteutico, tanquam ſuperiori materiæ haud diſſimili aliqua, pro Germaniæ moribus perſtringemus. Pro ejus expeditione totam iſtam partem principalem, juxta *tit. de Jure Emphyteutico. Cod.* partiri viſum eſt in tria capita principalia: In primo tractabimus de natura & ſubſtantia contractus: In ſecundo, ad quid Emphyteuta Domino teneatur, & contra: In tertio, de alienatione rerum Emphytheuticarum, & ſolutione laudemii.

Caput primum continet tres ſpecies; Differentiam aliorum cõtractuum: Secunda declarat quid juris Emphyteuta ex illo contractu conſequatur: tertia de Judicis competentia, & actione ex hoc cõtractu deſcendẽte agit. Super prima eſt ſciendum, quòd bona Emphyteutica ſecundum Juris cõmunis diſpoſitionem *Cod. de Jur. Emphyt.* in aliquibus diſtent à bonis, noſtro tempore in Germania ruſticis & plebeis infimi gradus conceſſis, vulgò, den

Baurn.

Baurnlehen. Conceduntur enim vel gratis, vel ob pretiũ, perinde ut alia feuda, *cont. gl. 1. & Dd. in c. potuit. Ext. Locati.* Secundò recedit à contractu Emphyteutico; quia Emphyteuta hodie poteſt alienare bona, domino inconſulto, neq; opus eſt denuntiatione, *cont. l. fin. C. eod.* dum̃odo per publicũ proclama quattuor diebus dominicis vel feriatis, quo denuntietur omnib⁹ cognatis & agnatis, quorum intereſt, ut, jure protomiſεως, ſecundum gradus prærogativam ad emtionem ſe præparent: Nemine autẽ comparente infra duos menſes, in extraneum facta alienatio tandem valet. Ita obſervatur de cõſuetudine, quæ tamen pro locorum diverſitate variatur: dummodo poſt perfectam venditionem, utroq; caſu venditor corã domino & emtore refutet feudũ, cum ſuis juribus & pertinentiis in manus domini actualiter per ſignum bacilli, mit Mund Hand vnd Halm/ zwiſchen Rain vñ Stein/ wie es an mich kom̃en iſt/ petendo ut emtori concedatur: quo bacillo ſuſcepto, dominus tradit feudũ refutatũ emtori eodẽ bacillo, iisdemq; verbis absq; tamẽ ſcriptura; quæ de jure nõ requiritur de ſubſtantia, *Jaſ. l. 1. C. eod. n. 61.* & facit tandẽ, ut inſcribatur in cataſtrũ vel librum terrariũ: quibus expeditis laudemiũ ſolvitur: quo facto contractus eſt perfectus.

Ex his apparet quibus diſtet conſuetudo à Jure ſcripto in caſu noſtro; & quòd cõſuetudo derogare poſſit legi ſcriptæ, trad. *per Dd. in l. de quib. ff. de LL.* In hoc tamen participat, ut ſolvatur laudemium

& quòd añua penſio præſtetur: Item quòd per Canonem non ſolutum à jure cadat: Item quòd recognoſcatur à Domino, & ſimilibus. *d. l. fin. C. eod.* Recedit à contractu libellario; quia libellarium concedit iſte, qui eſt dominus; Emphyteuta, vel in caſu noſtro, nemo niſi domin', *Jaſ. in l. 1. C. eod. n. 38.* licet amborum conceſſio ſit perpetua. Item à precario contractu, cujus conceſſio ſaltem temporalis eſt. *c. 1. & ibi gl. Ext. de precar.* Item à ſuperficiario, quia ſuperficie deſtructa, vel domo combuſta, reſolvitur contractus: *Bart. in l. fin. ff. de ſuperfic.* Emphyteuſis verò nunquã reſolvitur, niſi tota res pereat. Item à contractu cenſuali, quia omne jus quod quis habet in re, transfert in ementem; reſervato ſaltem cenſu annuo. *text. & gl. in c. conſtitutus. Extr. de relig. dom. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de publ.* In contractu noſtro retinetur dominium penes concedentem *per vulg.* His præmiſſis puto contractus noſtri temporis comparari poſſe contractibus Emphyteuticis, & innominatos eſſe, licet enim in quibusdam videantur diſtare, tamen ſubſtantiam non ſubvertunt, quæ remanet, id eſt, juramentum fidelitatis, reſervatio directi dominii, & ſolutio quinquageſimæ.

Argumentum à feudis ad contractum Emphyteuticum & è contra, an validum ſit, quæritur? Et diſtinguendum puto: Aut argumentum ducitur ab Emphyteuſi ad feudum; & ſubdiſtinguo: Aut reperitur ſimilis caſus deciſus in Jure Feudorum, &

valet;

valet; Aut diverſus, vel à contrario ſenſu, ſive argumentum ſubauditum, & non valet: quia, *quotiescunq; caſus vel jus in feudis non eſt expreſſum, recurrendum eſt ad jura communia. c. 1. de feud. cogn. & ib. gloſ. quæ laudatur à Jac. de Belv. & Bald. ibid.* neq; per ſimile feudorum, ſed ſimile juris communis decidēdum erit: Aut à feudis ad Emphyteuſin. Iterum diſtinguo: Aut caſus eſt deciſus in Jure civili, & feuda aliter diſponunt, & illa diſpoſitio non valet, quia Jura feudalia nihil valent in his, quę reperiuntur Jure civili deciſa. *gl. not. in c. 1. de feud. cogn.* Aut de Jure communi nihil deciſum eſt de hujusmodi caſu, & jus feudi eſt fuudatum ſuper jure naturali, & valet argumentum. *Alex. in l. divortio. §. ſi fundum ff. ſol. matr.* niſi ſubſit ratio diverſitatis; de quo vid. *Jaſ. in l. 1. C. de Jur. Emph. n. 60.*

